COMMENTARII
DE REBVS
IN
SCIENTIA NATVRALI
ET
MEDICINA
GESTIS.

VOLVMINIS XXIII. PARS IV.

LIPSIAE MDCCLXXX.
APVD IOH. FRIDERICVM GLEDITSCH.
Venduntur etiam
ondini apud Fr. Elmsly. Edinburgi apud Io. Balfour. Lugd. Bat. apud
urres Luchtmann. Parisiis apud Barroi senior. Venetiis apud Io. Bapt.
Pasquali. Milano apud Ios. Galeazzi. Augustae Taurinor. apud
Laurent. Giraud. Holmiae apud Magnum Sweterum.

I.

Philoſophical Tranſactions, of the royal Society of London. Vol. LXVII. For the Year 1777. Part. I. et II. London. 1777. et 1778. tabb. aen. XX. pagg. 906. in 4to.

i. e.

Tranſactiones philoſophicae Vol. LXVII. Pars I. et II. ad annum 1777. et 1778.

Primae partis commentarii ſunt: Pars I.

1. *De femina, quae abſque eſu et potu viuebat,* Auctore D. MACKENZIE. Cuius aetas erat triginta et trium annorum, et in iuuentute plus semel epilepticis conuulſionibus ea infeſtabatur, neque fluxum menſtruum rite experiebatur. Anno aetatis ſuae 28 febre afficiebatur, poſt quam diute reconualeſcebat, atque ſubito in plenam anaeſtheſiam, vt neque mouere ſe, neque cibum aut potum capere poſſet, incidebat. Maxillae clauſae, ne maxima quidem vi aperiri poterant. Subinde tamen cochlearia nonnulla potus inſtillare ei poterant parentes. Atque hoc modo per quatuor fere annos continuabat, neque quicquam niſi nonnullas vrinae guttas excernebat. Noctu eam diſquirens, in lectu immobilem, quaſi aetano infectam, inuenit, pulſu diſtincto et regulari, debili et paruo, facie ſatis alacri nec pallida, corporeque adhuc et artubus ſatis carnoſis, abdomine tamen tumido, muſculisque tenſis, genubus flexis, atque ſtrictis. Multum et quiete dormiebat. p. 1.

Quinque annis praeteritis, erecta ſedere et
poterat, parumque cibi et potus aſſumebat,
fere quantitatem, qua ad nutritionem infantis
nis opus erat. Oculi tum torui atque ſub os fro
tis verſi erant, atque toto corpore exhauſta et ma
cida erat. Quae quidem relatio octo teſtibus oc
latis confirmatur.

p. 12. 2. *De vtili lotione et frictione trunci arbor
ad promouendum annuum incrementum*, ex litte
Cl. MARSHAM. Verno tempore, incremento an
gemmis, ſcopis ſetaceis aqua madefactis trunc
lauauit et fricuit, donec algis et muſcis liber
eſſet, deinde frictionem hanc humidam lanugi
panno continuabat et quidem ter aut quinquies
ſeptimanam ſi ſicca eſſet tempeſtas. Inde eve
vt lota ſic arbor duplo maius caperet increme
ea arbore, quam non fricaret. At vero, etſi d
rius incrementum hac lotione et frictione e
concedamus, multum tamen dubitamus, fore
operae pretio fructus ſatis reſpondeant.

3. *De ſexu Apium atque propagationis rat
obſeruata*, Auctore IO. DEBRAW. Confirmat
ctor ea, quae Cl. SCHIRACH *) de ſexu apium
texit, quibus omnes apes operarias eſſe femi
ſexus, non ſatis nutritas, atque ex ouis quibus
ſi laruae ſatis nutriantur, fieri reginam ſ. ape
minam proliferam conſtat. Auctor, ſe eade
perimenta duobus annis ante Cl. SCHIRACH
tuiſſe ait. Experimentis etiam probat, ma
ſic dictos fucos, negante quamuis SCHIRACH
ſicque Maraldianam **) coniecturam confir

Co

*) in libro, cui titulus: *Erläuterung der Kun
Bienenſchwärme oder Abläger zu erzielen.* Bu
1770. 8.

**) vid. eius obſ. in Mém. de l'acad. des Scienc. à Pa
ris. 1712. p. 333.

commendat itaque Anglis culturam apum, atque Schirachianam methodum noua examina arte parandi, optatque vt SCHIRACHII liber in Anglicam linguam vertatur.

4. *De imagine* COPERNICI *ad Societatem Regiam missa*, a D. WOLF. p. 33.

5. *Relatio itineris in Africam a Capite bonae spei et descriptio noui Cuculi*, Auctore D. ANDREA BARRMAN. Iter hoc instituit nimis sicco tempore, quo omnes fere plantae periere, exceptis paucis silvestribus, inter quas etiam nonnullae nouae reperiuntur, ne a THVNBERGIO quidem in Flora Capensi descriptae, quas alio tempore describet Auctor. Animalia contra plura vidit, atque in itinere 100 milliaria longius, quam ante eum Germanus quisquam, porrexit. *Bouem Bubalin* Africanum a *Bisonte* Americano non differre putat; et *Viuerram Historium* hic vidit, quem BVFFONVS in America sola habitare perhibet. *Manatum* viuum cepit. p. 38.

Promittit se obseruationes de Hottentotis, et Historia naturali Elephantis et Rhinocerotis publicaturis esse facturum.

Nouam speciem *Cuculi indicatorem* nominat, quoniam hominibus atque vrsi speciei indicat examina apium silvestrium voce repetita *cherr, cherr;* quorum melle lubenter vescitur, cuius portio ei ab hominibus etiam relinquitur. *Minor* est Cuculo Europaeo, atque differt *colore albo subtus, cauda cuneiformi, rectricibus extimis albis, interioribus aerugineo fuscis.* p. 43.

6. *Experimenta electrica noua*, Auctore TIBERIO CAVALLO. Primo instrumentum describit, quo atmosphaerae electricitatem dimensus est, ob- p. 48.

feruationesque quotidianas a 27 Septembri v
ad 19 Dec. 1776 narrat. Tum ſequuntur exp
menta facta cum tubo hermetice occluſo, in cu
cauitate mercurius incluſus erat.

p. 56. 7. *Tertius tractatus de actiniis*, Auctore C
DICQVEMARE *). Perſequitur experimenta de g
neratione quartae ſpeciei: ea, cum ſe contrahere
in vaſis latere poſt ſe reliquit paruam portione
quam rudimentum nouae actiniae eſſe exinde c
iiciebat, quod actinia eadem in baſeos parte ſing
lari ratione ſe extenderat. Quatuor diebus pr
greſſis haec portio ſe valde contrahebat et dilata
ſequenti die ſe loco mouebat, atque elapſis ad
ſeptem diebus os et artus conſpiciebantur. Me
praeterito plica corporis formabatur, atque ſum
omnino artubus exceptis, actinia enaſcebatur.
inde ſequi videtur Cl. Auctori, actinias eſſe v
animalia, quae gemmis ſe propagent.

p. 66. Arte etiam baſin Actiniae in decem partes
cuit, atque ex ſingula parte integra Actinia e
eſt. Notatu dignum videtur, quod, ſi portio
diſſectae magnae eſſent, etiam actiniae magnae
bantur. Si igitur haec multiplicatio vi gem
aut oui fieret, partes includentes et fibrae vic
non deberent partem animalis conſtituere.
igitur haec propagandi ratio theoriae ouorum
traria videtur: aliae obſeruationes tamen
conueniunt.

Obſeruauit etiam ex portionibus, quae na
via ſeparantur, interdum naſci duas Actinias,
nonnunquam iunctae manerent, dum aliae a ſe
cem ſeparabantur. Num itaque duo germina in
portionibus reconduntur? aut fit hoc absque
minibus aut ouis? Plures quaeſtiones de prin

*) vid. ſupra. p. 451.

ibie in partibus his relictis mouet, atque forte in
teria gelatinosa illud residere coniicit. Plura in-
fferum obseruationibus se detecturum esse sperat.

8. *Experimenta et obseruata electrica*, Auctore p. 85.
VILIELMO HENLY. Quum experientia consta-
, corpora tinctura nigra, quae ex fuligine et
mmi parata esset, et pice aut oleo oblinita a ful-
ne secura reddi, eosdem effectus artificiali ele-
icitate produci annisus est Cl. Auctor. Postea p. 94.
lectricitatem choccolatae electrometro et Lugdu-
nsi vacuo disquisiuit, eamque positiuam esse, at-
e si imminuatur, iterum fusione in oleo oliua-
n restaurari inuenit. Coniicit igitur, cum oleum
ltum phlogisti contineat, inter electricam mate-
m et phlogiston magnam esse affinitatem, si non
t vnum idemque.

Proponit deinde Cl. Auctor noua experimen- p. 98.
electrica tabulis vitreis Norimbergicis instituta,
ibus Frankliniana de electricitate theoria egre-
illustratur. Sequuntur experimenta TIBERII p. 116.
VALLO cum machina Cl. VOLTAE: denique sub-
gitur catalogus corporum mineralium, anima-
m et vegetabilium, quae si bacillo ex sigillatoria
facto affiguntur, atque cum panno lanugineo,
serico albo fricantur, electricitatem vel negati-
m vel positiuam offerunt. Ex quibus patet ele-
icitatem esse in omnibus fere corporibus, facile
citari, semper agere, atque eius actionem in omni-
s naturae operationibus maxime esse necessariam
vtilem. Igitur electricitatem considerat tam-
am purum, aethereum, elementarem ignem, qui
mnibus corporibus inhaereat, atque cum terrea
t alia basi intime sit connexus, atque in quiete
neat, donec motu aut frictione excitetur. Inest
am vegetabilibus, atque exinde cum eorum oleo

extrahitur; fermentatione, efferueſcentia et pu-
dine forma phlogiſticorum vaporum auolat:
ſtillatione cum ardenti ſpiritu tranſcendit. Qu
vt probaret lignum furno ſiccatum fricuit et elec
cum inuenit. Idemque comprobatur, ſi electri
tas et ignis ſecum comparantur. Quae quid
cuncta obſeruatis et teſtimoniis illuſtrantur.

p. 144. 9. *Excerptum ex litteris Cl.* IO. STRANGI, *litterae a Cl.* TOALDO *de reciproco aeſtu maris Ve-
neti.* IANVM PLANCVM *in ſpecimine reciproci aeſ
in mari ſupero*, recuſo Romae 1760, erraſſe, q
aeſtum maris ſequi curſum potius ſolis, quam
nae tradiderit, a Cl. TOALDO docetur: cauſa
erroris fuit haec: aeſtus maiores contingunt c
nouam plenamque lunam: horum acceſſum
parum a lunae tranſitu per meridianum, isque
parum a tranſitu ſolis per eundem circulum di
Cl. TOALDO autem probat, aeſtum maris, vt al
ita Venetiis, regi a motu lunae.

p. 149. Altitudo aeſtus maxima in toto Adriatico c
ca Syzygias obſeruatur, tuncque aquae creſcunt
tres pedes Venetos, raro ad quatuor aut quin
rariſſime ſex, mari irato ac procelloſo. Circa
ſtitium hibernum maximi aeſtus contingunt,
a vicinia maiore ſolis, in fine Decembris ad

p. 156. gaeum delapſi, deriuat. Quae de circulari
rum in Adriatico mari fluxu, cum MONTAR
PLANCO et aliis conſentientia, monet, omitti
Subiungit concluſa ex his obſeruationibus,
doctrinam NEWTONI de aeſtu maritimo mi
illuſtrant.

p. 162. IO. *Litterae Cl.* PETRI WARGENTIN, *
*differentia inter meridianum et Grenouicenſem ex co
paratione obſeruationum primi ſatellitis Iouis, in
ſeru-*

...tatorii praecipuis per decem annos inſtitutorum ...ſitur.

11. *Methodus inueniendi Valorem infinitae ſe-* p. 187.
...i quantitatum decreſcentium, Auctore FRANC. MA-
...RES.

12. *Verſio loci ex libro Arabico* EBN YOVNES p. 231.
...e eclipſi ſolari, Auctore GEORG. COSTARD.

13. *Obſeruationes ſuper annua euaporatione.* p. 242.
...iverpooli in Lancaſhire, Auctore Cl. DOBSON.
...uotidie obſeruatis pluuia, vento, aëris temperatu-
...atque euaporatione per ſeriem quinque anno-
...um, apparuit, quantitatem pluuiae non eſſe certum
...dicem humiditatis aut ſiccitatis atmoſphaerae, ſed
...otios euaporationem. Etenim pluuia copioſiori,
...eris temperies eadem erat, quae cum duplo minor
...ſſet quantitas pluuiae.

14. *De hominibus, qui colores non diſtingue-* p. 252.
...*potuerunt*, relatio Auctore IOS. HVDDART.
...*rris*, qui cum quatuor annos aetate eſſet, pri-
...o ſenſit, alios qualitatem quandam corporum
...animaduertere, quam ipſe in iis non videret. Fi-
...uram autem dignoſcere poterat. Album colo-
...em quidem a nigro diſtinxit, ſed coniectura tan-
...um. Cum Noſter eum in diſtinguendis colori-
...bus inſtrueret, tandem aliquam differentiam anim-
...aduertit, ſed ſemper haeſitauit, et colores com-
...miſcuit.

15. *Noua theoria rotatorii motus corporum, vi-* p. 266.
...*ribus hunc motum turbantibus affectorum*, Auctore
...IO. LANDEN.

p. 296. 16. *Regulae maſſam metallinam ad reflectio-*
teleſcopia aptiſſimam conficiendi, cum deſcriptione
tionis, qua politura atque vera parabolica curvatu
in magno ſpeculo conquiratur, Auctore IO. MVDGE.
Proportio ſtanni ad cuprum ea duriſſimam et op-
mam dat compoſitionem, qua 14½ vnciae ſtan-
ad duas libras cupri adhibentur.

p. 350. 17. *Epitome indicis obſeruationum barometri*
thermometro, hydrometro Lyndoni in Rutlandia
1776, a THOMA BARKER *inſtitutarum.*

p. 353. 18. *Epitome diarii meteorologici in annum 1776*
Briſtoli *habiti a* SAMVELE FARR.

Pars II. Altera in parte continentur ſequentes tractatus:

p. 385. 19. *Relatio de monte quondam igniuomo pr*
ab Inuerneſs, Auctore THOM. WEST. Nomin-
ab incolis mons Petri, in ſummitate eius vesti-
eum quondam igniuomum fuiſſe, ex lapidibus, l-
vae ſimiles, reperiuntur: craterem tamen in-
nire non potuit Cl. Auctor.

p. 388. 20. *Experimenta electrica atque correctio C*
toniani electrometri, Auctore TIBERIO CAVAL-
Priora cum electricitatis perpetuae machina
inſtituta, deinde colores varios electricis ic-
mutauit; correctumque electrometrum icone
ſtrauit.

p. 401. 21. *Barometricae obſeruationes in profund*
te fodinarum in Hercynia inſtitutae, Auctore IO. AN-
DREA DE LVC.

22. Vi

22. *Vniuerſales mathematicae regulae ad pro-* p. 450.
portiones generatim aeſtimandas, Auctore IAC.
BENIE.

23. *Morbus Annae Davenport*, Auctore FIEL- p. 458.
ING BEST FYNNEY, Chirurgo. Erat illa annos
nata viginti et vnum, atque ad quintum vſque aeta-
is annum ſanitate optima fruebatur, a quo tempo-
re valetudinaria, et ſubinde colicis doloribus, prae-
ertim ſi acidis veſcebatur, obnoxia erat. Ante an-
num in dextro latere abdominis, ſupra inguinibus,
tumorem animaduertit, qui, ſi ea femur extendere
nitebatur, vehementes dolores excitabat, vt igi-
ur genua verſus pectus contrahere cogeretur.
Noſter eam tum emaciatam, vehementi ſiti, et ap-
petitu proſtrato affectam inuenit: eique corticis
Peruuiani puluerem in rubro vino ſingulis quatuor
horis praeſcripſit, atque cum iam tumorem in ſup-
purationem verti ſentiret, maturantia externe im-
poni iuſſit. Abſceſſum deinde iuxta os ilium
cidit, atque altero verſus vertebras intra co-
as ſpurias et os ilium formato, eum etiam ape-
uit. Aliquot diebus elapſis integumenta abdomi-
is gangraenoſa apparuerunt: Ideoque corticem
externe et interne copioſe dedit: Externe quidem
hoc modo, ℞. Tinct. cort. Peruv. ſimpl. ℥ij. Tinct.
myrrh. comp. ℥j. Spir. ſal. Ammon. et Mell. Aegypt.
aa ℥ß. M. fiat embrocat. et ℞. Faec. Cereviſ. acid.
℥j. Farin. avenac. q. ſ. coque ad conſiſtentiam Cata-
plaſmatis et adde Pulv. Cort. Peruv. ℥j. Ol. Oliv.
rec. ℥jv. M. F. cataplaſm. Hoc adhibito gangrae-
na ſiſtebatur; ſed euacuatio magna in copia conti-
nuabat, vt aegra de vita periclitaretur. Menſe prae-
terito nouus abſceſſus profundius, verſus dextram
inguinis partem oriebatur, qui emollientibus tra-
ctus ſponte ſe aperuit, atque ex quo alienum
corpus,

corpus, ſatis ſingulare exemit, quod hic icone delineatum. Nucleum ligneum habebat, qui carnea erat obductus: Reſidebat in appendice miformi inteſtini coeci atque craſſior pars cum ritonaeo cohaeſit. Hoc igitur exemto, faeces inde per vulnus excernebantur, illud tamen medicaminibus adhibitis ſenſim imminuebatur, que aegra ſanitati reſtituebatur. Videtur nucleis iam a quinto aetatis anno intra corpus latuiſſe.

p. 465. 25. *De regno Tibetano relatio, litterae a* IO. STEWART. Magis politicam, quam naturalem hiſtoriam ſpectant.

p. 493. 26. *De gradu et quantitate venti, qui ad vendas machinas pneumaticas maiores requiritur,* Auctore IO. STEDMANN.

p. 504. 27. *Deſcriptio Cinchonae Iamaicenſis ſ. Cinchonae* LINN. Auctore GVIL. WRIGHT. Dicitur iam Arbor corticis Ieſuitarum, atque naſcitur petroſo ſolo. In febribus remittentibus eius maxime expertus eſt. Viditque corticem ventriculum roborare, vomitum et nauſeam impedire, morbidos humores in primis viis corrigere. et deſcriptio egregiae adduntur.

p. 507. 28. *Deſcriptio et vſus Geoffraeae inermis Iamaicenſis* (Cabbage barktree), Auctore EODEM. tinet ad Flores papilionaceos, drupiferos. enim ſubouata magna nucem includit ſubouatam ſubligneam. Folia habet oppoſita ternata obloago ouata, acuminata. Affinis eſt *Geoffraeae ſpinoſae* LINN. Icon eius egregia datur. Lignum huius arboris ſatis durum eſt: praecipue eius cortex in vſum ducitur, qui extus cinereus, intus ni-

ger

er et ſulcatus eſt. Recens cortex ſaporem muci-
gineum dulcem offert: eius odor fere ingratus
. PETER DVGVID eius primus in tentaminibus
dinburgenſibus phyſicis. Vol. II. meminit. No-
eius vim anthelminthicam experimentis agno-
, eumque in decocto, ſyrupo, puluere, et extra-
o exhibuit. Narcoticos etiam, et fortiter pur-
ntes habet effectus, ideoque parua in doſi pri-
um exhiberi debet.

29. *Obſeruationes in Sabaudia factae, vt altitu-* p. 513.
o montium barometro definiatur, quibus methodus Cl.
DE LVC *) *in examen vocatur*, Auctore GEORG.
HVCKBVRGH.

30. *Relatio de Obſeruatorio Braminorum in Be-* p. 598.
ria, Auctore ROB. BARKER.

31. *Relatio de morbo Doctoris* MACY, *et de* p. 608.
, quae in demortuo corpore animaduertebantur,
uctoribus D. HVNTER et HENR. WATSON. Dua-
s ſeptimanis ante mortem vehementi opprimen-
dolore in regione ventriculi adoriebatur, qui ve-
ſecta quidem remittebat, ſed plane tamen non
anuit. Opio diu vſus erat; cum vero ab eius
ſu deſiſteret, perpetuo tuſſi infeſtabatur. De
olore et vehemente alui fluxu conquerebatur,
que fiſtula ani cum prolapſu inteſtini recti infe-
batur. Medici palliatiuam tantum opem reſtare
arunt: aeger ipſe opio iterum vtebatur.

Mortuo aegro, cor et pulmones integra, vt
t inteſtina tenuia ſana reperiebantur, inteſtina au-
em craſſa, praeſertim colon, diſtenta, inflammata,
atque

*) In libro *Recherches ſur les Modifications de l' Atmoſphere.*

atque vlceribus exesa erant: intestinum rec… contractum et liuidum. In pericardio parua p… tio purulentae materiae.

p. 614. 32. *Experimenta antlia pneumatica iuxta SMEA… TONI principia facta et comparata cum iisdem ma… vulgari instituta*, Auctore EDW. NAIRNE.

p. 649. 33. *De cultura Bromeliae Ananae, excerpta… ex litteris Cl.* GVIL. BASTARD. Describitur rat… qua magna satis aquae calidae copia, simul cu… calido aëre ad radices ferantur.

p. 653. 34. *Experimenta in Britannia instituta, ut a… gulae altitudines ope barometri metiendi obtineantur*… Auctore COL. GVIL. ROY. Nouum instrumentu… quod Monometrum dixit, atque tabula Geog… phica delineata sunt.

p. 789. 35. *De nouo micrometro et megametro*, Auc… re Cl. BOSCOVICH.

p. 799. 36. *De nouo instrumento metiendi minoru… gulos, quod prismatici Micrometri nomine insig… a* Cl. NEVIL MASKELYNE.

p. 816. 37. *Relatio de experimentis, iussu Societatis… giae ad definienda puncta fixa thermometrorum … tutis, atque de iis, quae praecauenda sunt eade… stituendo.*

II.

Hortus Romanus, ſecundum ſyſtema I. P. TOVRNEFORTII a NICOL. MARTELLIO Aquilano Medico Doctore Linnaeanis characteribus expoſitus; adiectis ſingularum plantarum analyſi ac viribus. Species ſuppeditabat ac deſcribebat LIBERATVS SABBATI Mevanias eiusdem horti cuſtos et chirurgiae Profeſſor. Accedunt tabulae centum propriis plantarum coloribus expreſſae. Tom. IV. Romae MDCCLXXVI. Sumpt. Bouchard et Gravier. Ex typographia Pauli Funchi. Tom. V. ibid. MDCCLXXVIII. fol. tab. aen. centum.

Inſunt volumini quarto claſſis V. nec non VI. a Tournefortianae indiuidua; in quibus plantae cruciformi roſaceoque flore continentur. Claſſes modo nominatae ita nobis videntur exſtructae, vt ne alteraue, forſan leuiore, emendatione egere videantur. Huius aſſerti illuſtrandi cauſa ſect. VI. VIII. IX. claſſis V. Sect. I. et genus 11. 12. Sect. II. claſſ. VI. adducere liceat. Retinuerunt tamen in plurimis locis a TOVRNEFORTIO receptam diſtributionem, quae, vti modo diximus, aliqua ex parte nobis videretur corrigenda.

Sufficiant haec de methodo in libro recepta, videamus potius plantas hic depictas. Rariores quae nobis luſtrantibus ſe obtulerunt, ſunt Clypeola Ionthlaſpi? tab. 1. Myagrum perfoliatum, tab. 3. Vella annua tab. 8. Clypeola maritima t. 19. Alyſſum vtriculatum t. 20. Ricotia Aegyptiaca t. 22. Cheiranthus tricuſpidatus t. 23. Siſymbrium tenuifolium? et polyceratium t. 34. 38. Hypecoum pro-

*) Antecedentes tomos vid. ſupra. p. 505.

procumbens t. 45. Cleome ſpinoſa t. 47. B
erucago et cakile tab. 48. 49. Amaranthus
tab. 53. Portulaca piloſa, et racemoſa tab.
Argemone Mexicana t. 65. Podophyllum pe
t. 67. huius foliola ſunt emarginata, Cactus op
Tuna tab. 68. 69. poſterioris flos priori pal
Paſſiflora coerulea, minima, laurifolia tab. 70-7
vtrum poſteriorem recte definiuerimus, dubii ſu
inuolucro enim pentaphyllo a Linneana deſcrip
ne differt; foliis vero ſimplicibus a P. Mur
LINN. cui circa ſtylum poſita ſimilis eſt, campa
germenque ad baſin ſtyli adſidere videtur. C
laeuipes t. 79. Alisma flaua t. 92. vt PLUM
ſubſcriptum ſynonymon nobis ſuadet, vel par
Alisma plantagine aquatica differt, vel cum
eſt commixta. Corchorus olitorius? hirſutus
quoſus t. 95-97.

Enumeratis iis, quae apud nos minus fr
ter coluntur, plantarum familiis, ad indicand
ſtirpes properamus, quarum figurae exhibitae
tura paululum receſſiſſe ſunt viſae. Ad has
rendi ſunt Iberidis amarae tab. 7. flores gri
dunculique omiſſi. Cochlearia glaſtifolia et
nalis, Lepidiumque graminifolium t. 12-14
bus in ſingulis floribus ſtamina tributa ſunt
ſilentio praeterimus reliquas tetradynamicas,
bus loco ſex ſtaminum quatuor ſunt conceſſa
a tabula 15-22. vſque aliisque in locis ſaep
ctum eſt. Dentariae pentaphyllae t. 30. fol
periora quinata eſſe deberent; Raphanus ra
ſtrum t. 43. foliis profundius inciſis, floribus
ioribus, ſiliquis maioribus anguſtioribus antic
preſſis a naturali forma abhorret; in Myagro p
ni t. 44. ſinus foliorum ſunt neglecti; Pota
ton criſpum t. 51. ab imperito facile pro mon
haberi poſſet, cum inferiores verticilli defl
ſemi

minеis valde analogi, ſuperiores vero, florentes, iſculis conſentanei videantur, certe eodem modo ae in Myriophyllo ſpicato florum diuerſitas in ta- la antecedente erat depicta; Paris quadrifolia . 52. deſtituitur ſtaminibus tribus, eius baccae turitate fiunt nigrae; Droſerae rotundifoliae 6. modo orbiculata, modo oblonga data ſunt fo- pili foliorum marginales rubri minus eleganter ti, omnesque plantae partes nobis iuſto maiores entur; Parnaſſiam paluſtrem t. 77. pictam, vix quam caulibus folioſis infimis vidimus, noſtra im ſemper ſcapis vnifoliis erectis gaudebat, de ſtaris negligenter pictis nil dicamus; Ciſti heli- hemi t. 78. ſtamina colore ſubrufo ſpurcata na- ae prorſus non conueniunt; neque Pyrolae ro- difoliae t. 91. color naturae reſpondet.

Pauciſſimis de ſynonymia videamus. Thlaſpi enſe perfoliatum maius BAVH. tab. 6. Thlaſpi enſe vaccariae incano folio maius B. Pin. 106. Thlaſpi campeſtre LINNEI eſſe videtur. Carda- ne pratenſis t. 31, quae eſt Naſturtium pratenſe gno flore BAVH. Pin. 104, male pro Naſturtio tico ſupino BAVH. habetur. Argemone arme- a etc. t. 66. eſt Papauer argemone LINNEI, d ex capſula atque ex calycis petalorumque nu- ro facile potuiſſet dignoſci. Non optimo iure pericum t. 90, quod nobis hirſutum eſſe vide- , ab Editoribus Aſcyrum magno flore B. Pin., d eſt Hypericum Aſcyrum LINN., nominatur. gella damaſcena t. 94. non nominanda fuiſſet Ni- la aruenſis cornuta BAVH. Omittimus plures ſy- nymicos errores.

Iam ſupereſt, vt de combinatione generum VINEFORTIO diſtinctorum a Cll. Editoribus ſus-

cepta, aliquid dicamus. Cramben et Sinapis
Rapam et Napum nimirum coniunxerunt, re
vero genera nimis affinia, LINNEI obſeruatio
vnita, coniungi non poſſe putarunt. Genera
vt Amaranthi, et Iunci ad alias, nimirum ad
lorum claſſes, merito amandarunt.

De qualitatum viriumque ſcrutinio, in
Cl. GEOFFROY, maxima ex parte ſunt ſecuti,
notamus, quod negent Noſtri Portulacae lac
gendi effectus, cum multum olei, phlegmatis
rumque ſalis contineat.

Vol. V. Tranſimus iam ad quintae centuriae diſpo
tionem, in qua icones plantarum ex claſſibus To
nefortianis VI, quam in antecedente volumine
ſtare inceperant, et VII. petitarum, reperiu
Claſſis VII. huius voluminis *plantas flore polyp
roſaceo vmbellato* complectitur.

Rariores plantae, quae nobis ſe obtule
ſunt: Salſola altiſſima tab. 1. Trianthema
nogyna tab. 2. S. N. 342. pictoris negli
deformis reddita; Cactus triangularis tab.
Cuffaea viſcoſiſſima IACQVINI t. 5. Color
obſcurior, capſula a latere non tam picta, quam
tius colore eſt inquinata; Garidella nigella
t. 6. Riuina humilis caneſcens t. 7. Capparis
noſa inermis t. 8. Semperuiuum arachnoideum
arboreum t. 9. 11. prius caret foliorum
Portulaca anacampſeros tab. 13. Fagonia
t. 16. Tribulus terreſtris t. 17. Folia huius
tae pinnata a pictore in integra ſaepius ſunt
Geranium inquinans t. 22. iuſto pallidius
ſtamina conſpici poſſunt nulla; Anemone
t. 33. 34. Anemone latifolia ſaniculae folio
t. 35. et Pulſatilla foliis trifidis dentatis, flore

to pleno BVRM. tab. 36. quas LINNEVS ignora- videtur; Clematis vitalba, et integrifolia tab. 42. Potentilla ſupina tab. 47. Phytolacca de- dra tab. 51. hanc ſtaminibus deſtitutam, faci- quis, reliquos characteres minus ſedulo inueſti- s, pro P. dioica habere poſſet; Aralia racemo- t. 52. Aſparagus aphyllus t. 53. Medeola aſpa- oides t. 54. Lagoecia cuminoides t. 55. Agri- nia agrimonoides t. 58. Oenothera molliſſima 60. Bubon macedonicum t. 68. Pimpinella ani- m t. 69. Bunium bulbocaſtanum t. 73. Bupleu- m odontites, et fruticoſum t. 79. 80. Athaman- Meum t. 82. Oenanthe apii folio C. B. t. 84. m definire non potuimus; Smyrnium oluſa- m t. 91. Crithmum maritimum t. 94. Oreoſeli- m apii folio minus. I. R. H. t. 97. nobis incogni- m manſit.

Neque in hoc volumine deſunt, negligentiae toriae teſtimonia; quorſum pertinet Spiraea vl- ia tab. 14. cuius cyma a pictore eſt ſpurcata; cae- leum Geranii triſtis t. 23. ſcapum ſumus mirati; ratrum nigrum t. 29. ob florum colorem dilu- rem. Caltha paluſtris t. 30. partim ob colorem is pallidum, partim ob ſcapum erectum nudum; unculus Ficaria t. 37. ob habitum iuſto maio- m, caulem erectum, colorem dilutum, pictoris- e in pingendo negligentiam; Circaeae lutetianae 56. griſei flores; Agrimonia Eupatoria t. 57. co- e ſpurcato, Ammi maius t. 65. ob herbae colo- m obſcuriorem. Plantarum vero vmbellifera- m vix vlla eſt, cuius forma ita eſt depicta, vt na- li habitui prorſus conueniat.

Errarunt vel in hoc tomo, in ſubſcriptis plan- rum ſynonymis; ſic defloratum Spiraeae Vlma- e ramum t. 15. pro Spiraea Arunco habuerunt;

Gauram Linnei t. 61. Oenotheram nomine
Aethusa Cynapium t. 72. male dicta est Phel
drium seu Cicutaria palustris C. B., Sium t. 75. q
nobis nodiflorum LINN. esse videtur, male cum S
latifolio seu Apio palustri foliis oblongis C. B. c
funditur. Myrrhis TOVRNEFORTII male Sc
ci LINN. annumeratur.

In expositione virium, laudatur sedi acris
cultas incidens, vomitoria, diuretica in quart
scorbuto, hydrope; Geum vrbanum in dysent
et variolis commendatur; Actaeam inusitatam,
heroicam esse in asthenia virginica affirmatur.

Pertractauimus iam singula, quae adhuc pro
ierunt, splendidi huius operis volumina, et qu
dam indicauimus errores, hoc voto, vt in poste
similes euitarentur.

III.

Chymie experimentale & raisonnée par
BAVME'. Tom. III. à Paris, 1773. 8. c.
vniversal. 1 alph. 23 plag.

i. e.

Chemia experimentalis et rationalis, Au
Cl. BAVMÉ. Vol. III. etc. *).

Argentum nonnunquam salinarum fort
cularum admixtione volatile redditur.
gini in moneta Parisina haud parum huius
inhaesisse visum est. Quin adeo teste Cl.
illud interdum violento igne vstum disploditur
et crepat, aliqua simul ex parte in auras
D'ARCETO in globis porcellaneis inclusum
tum vehementissimo igne calcinari posse
trio

*) vid. supra. p. 211.

riolicum forte acidum imposuit porcellaneae massae haerens, cuius efficacia metallum corrosum fuit. Noster nunquam argentum igne destrui expertus est. Vitriolicum acidum aliquam phlogisti particulam argento subtrahit: destillatione enim ex hac solutione acidum sulphureum elicitur. Et ex vitriolo lunari argentum sola quidem fusione excitari potest, ita tamen, vt de pristino pondere quidpiam detur, quod contra, si tantillum inflammabilis materiei adieceris, non facile desiderabitur.

Luna cornea aqua soluta semper in fundo va- p. 20.
pulverem aliquem albicantem relinquit, quem rum acidoque per aquam orbatum argentum esse, sio demonstrat. Igne sublimatorio aliqua lunae neae pars attollitur, ita tamen, vt simul acidum metallo sensim secedat. Ex solutione vitrioli lunaris, affuso acido salis, luna cornea fundum petit. Quatuor salis lixiui partibus opus est, vt absque ulla iactura argentum ex luna cornea resuscitetur. Humida via, vt vulgo vocant, luna cornea non resolvitur, nisi et ipsa, et alcalinus sal aqua solutus prius fuerit. Ex nitrosa solutione salis medii arsenicalis ope deturbari argentum potest, sic vt arsenicum argento, sal lixiuus autem acido nitroso nunc citetur.

Arboris Dianae vegetationem ita fieri Noster p. 40.
fert, vt mercurius amalgamatis solutionibus mercurii argentique commixtis inditi, ex hac solutione argentum deiiciat, atque sic crystallisationi occasionem suppeditet.

In *cupellatione* s. exploratione Argenti a nimia plumbi additione sedulo abstinendum est; alias argenti globuli multi per scorias dispersi deliscunt, tentaminisque fides anceps inde redditur. Circumspici etiam debet, ne stannum forte plumbo insit. Damna ex eiusmodi miscela facile oriun-

da duplici ratione corrigere docuit Cl. GRA
Vbi nempe id animaduerteris, aut martis lim
teſtae docimaſticae inſpergenda eſt, quae cum
no coeat, et ad oras vaſis ſic reiiciatur; aut mer
rius ſublimatus corroſiuus repetitis vicibus add
dus, quo fit, vt et hydrargyrum et ſtannum
ſalis obnuptum in auras auolet.

p. 70. Ex ſolutione auri cum aqua regis parata
deſtillatione primum tranſit in recipulum
nitri, relicta auri in acido ſalis ſolutione, vnde
paret, auri arctiorem eſſe cum acido ſalino, qu
cum nitroſo, neceſſitudinem. Poteſt adeo ſolutio
ſalina absque auri ſeparatione, aqua dilui.

p. 77. Aurum fulminans coctione in aqua non
ſtruitur, etſi hoc fiat, ſi ex aqua communi coqui
Diſploſionem illius ſuper igne, a ſulphure nit
vna cum auro ex ſolutione delapſo, repeten
eſſe Noſter exiſtimauerat, donec BERGMANN
taminibus, absque nitroſo acido fulminans au
fieri poſſe edoctus, conſilium mutauit.

p. 85. Purpura mineralis vulgo ad encauſtica opera
pingenda vaſa porcellanea vſurpari ſolita, colo
ſordidiuſculum vitris conciliat, vtpote multi
calce abundans. Praeferendam itaque huic
calcem auri ex ſolutione ſua per alcalinum
cum liquorem ſecretam Noſter exiſtimat, da
do facilis huius calcis reductio moleſtias non
ret. Eas tamen euitari poſſe docet, ſi auri ſolut
parum tantummodo ſolutionis ſtanni adſtill
et purpura mineralis deinceps ex liquore
p. 105. per alcalinum liquorem deturbetur. Com
etiam purpurae mineralis loco calx auri digeſt
huius metalli cum hydrargyro parata adh
poteſt.

p. 122. Platina Europaeis primum innotuit ex
DII obſeruationibus et experimentis, quae Tr
actio

ctionibus Philoſophicis A. 1749 et 50. inſeri cura-
. Poſt hunc SCHEFFERVS, LEWIS, MARGGRA-
vs, tandemque Noſter cum MACQVERO in huius
etalli naturam inquiſiuerunt. Platinae, quae in
oſtras regiones deportatur, quaeque in granula di-
ſa eſſe ſolet, auri mercuriique globuli, nec parum
artialis ſabuli intermixtum eſt. Igne per ſe et
e additamentis fundi nequit, a radiis ſolaribus
men domatur, ita, vt in foco ſpeculi ardentis, mi-
to temporis primo praeterlapſo liqueſcat, nec ta-
en in terram ſic liquata decidat, vtpote ſtatim atque
foco recedit, conſolidari rurſus ſolita. Poteſt ſie
a mallei ictibus inſigniter attenuari et extendi.

Ex ſolutione platinae alcali fixum puluerem p. 138.
icit, qui, quo plus alcalini liquoris adſperſeris,
o pallidius flaueſcit. Etenim non pura platinae
x praecipitatur, ſed ſale platinae commixta. Sal
od difficulter ſe dirimi patitur, ita, vt repetitis de-
um lauationibus cum alcalino liquore inſtitutis,
idum a calce metallica ſecedat. Sal platinae,
od ex ſolutione huius metalli alcalino volatili li-
ore mixta decidit, ſuper igne non detonat. Nulla
atinae calx vitris aut vaſis porcellaneis tingendis
commodata eſt; ſemper enim ignis violentia me-
llum inde reſtituitur. Caeterum difficillima eſt
atinae ex calce ſua reductio, et vix vnquam ita
otis reſpondet, vt in ſolidam maſſam illa coeat.
peculi ardentis ope metallicam primum, dein vitri
paci fuſci ſpeciem induere viſa eſt.

Aurum platina adulteratum eſſe facili et ex- p. 150.
edito experimento cognoſces, vbi ſolutioni auri
l ammoniacum ſolutum affuderis. Platina enim,
uro prorſus intacto ſic fundum petet. At contra,
bi parum auri platinae inhaeret, huius miſcelae
rgumentum habebis in puluere fuſco, qui ex me-
lli iſtius mixti ſolutione adiecto vitriolo martis

praecipitatur. Ab auro enim puluis iſte profici-
tur, cum quippe platinam deiicere vitriolum ne-
tis nequeat. Manifeſtatur etiam auri in plati-
praeſentia eo, quòd ſolutio ſtanni auriferae pl-
tinae ſolutioni adſperſa ſtatim purpureo colore in-
gatur, cum contra purae platinae ſolutio hac rati-
ne explorata fuſcum aut lateritium puluerem dim-
p. 161. tere ſoleat. Hepar ſulphuris, perinde ac nitr-
vſt ne ſimultanea aliquam platinae partem ſolu-
Idem metallum regulo antimonii, zinco, bismut-
et ſtanno facile iungi ſe patitur. Videtur adeo a-
qua platinae cum ſtanno conflatae portio acido
lis ſolui poſſe. Promta eiusdem cum plumbo
colliquatio, miſcela eo fragiliore et duriore inde pro-
eunte, quo maius platinae pondus additum fuer-
Cupellatione metalla ſic mixta a ſe inuicem ſep-
rantur, ita tamen, vt platina ſemper aliquam plu-
bi particulam pertinaciſſime in ſe retineat, inde
pondere augeatur. Vehementiſſimo tamen ig-
torta platina nullum, certe paucum plumbum re-
net; quin potius, vt Noſtrum experimenta doce-
runt, mollior ductiliorque hoc labore redditur. C-
ferro fuſo facile conflatur, naſcente inde duri-
metalli genere. Cupro quoque et argento m-
tari poteſt, huic tamen paullo difficilius. Om-
lubentiſſime vero cum auro miſcetur, ita tamen
color auri et magna pars mollitiei pereat, nã e-
guum ſaltim platinae pondus addideris. Sep-
ginta quatuor auri partes ab vna platinae parte
non immutantur, dummodo forti igne metalla
fuerint.

p. 207. Ad finem ſic perducta corporum naturali-
metallorum inprimis disquiſitione chemica, lu-
tisque iis illorum facultatibus, quae tentamin-
varii generis artifici chemico innoteſcunt, Cl. Aut-
ad varias artes et opificia deſcendit, quibus Che-
fam-

emulatur. Auſpicatur hanc diſputationem a fictilium operum contemplatione, atque ex his omnium primo artem lateres coquendi deſcribit. Terra argillacea, pinguis, modico ſabulo mixta lateribus effingendis accommodatiſſima eſſe cenſetur. Illa ex foſſis ſtratis protracta aceruatim congeritur et per hiemem frigori imbribusque expoſita relinquitur. Sic et attenuatur et tractabilior redditur. Poſtmodum aqua maceratur pedibusque calcatur et depſitur; tandem in formas redacta ſiccatur atque in magnis furnis huic labori adaptatis coquitur. Lateres cum calce et ſabulo parati reliquis duritie praeſtant.

Fornices docimaſticos ex integra maſſa, non, p. 223.
ut vulgo fieri ſolet, ex partibus inter ſe conferruminatis parare Cl. Auctor iubet. Ad crucibula fingenda maxime idonea maſſa ex terrae aluminoſae bene lotae et vſtae partibus tribus et ſingula argillae albae componitur.

Fictilia, (*Poterie de terre verniſſée*) vaſa teſta- p. 225.
cea, (*poterie de gres commune*) fictilia Anglicana. (*Terre d' Angleterre*). Ex vaſis vltimo loco recenſitis albiſſima maxime quidem aeſtimantur, cum vero plenariam coctionem non experiantur, molliuſcula ſunt, et quodamtenus ab aqua penetrabilia. Vitium illud corrigitur inſperſo furnis ſale culinari, cuius vapores cruſta vitrea vaſa obducunt. Color aeneus fictilibus conciliari dicitur vaporum ſalinorum atque ſimul phlogiſticorum auxilio.

Vaſa porcellanea. In Franco-Gallia vſque ad p. 231.
annum 1770 nondum inuenta fuerat ratio hoc fictilium genus bene praeparandi. Eo fere tempore circa Seuas (*Seues*) terra argillacea reperiebatur pulcerrimis vaſis porcellaneis effingendis omni ex parte accommodata. *Kao-lin* Chinenſium argilla alba admodum pura eſſe videtur; *petun-tſe* autem ſpathum

thum fusibile s. fluorem mineralem nominant. His duobus porcellanea vasa in India orientali fiunt.

p. 243. Antequam tractari et formari queat massa porcellanea, terrae, et lapides illam constituentes prius, a particulis rudioribus purgari, aqua denique per semestre spatium in fossis grandioribus macerari debent. Sic subacta massa fingitur, et sicca in peculiari quodam receptaculorum terreorum genere (*gazettes*) aliqua ex parte coquitur. Vasa deinceps puluere vitreo conspergunturs coloribusque pro lubitu pinguntur, atque denuo forti igne vrgetur, donec iustam nacta fuerint consistentiam et splendorem.

p. 251. Vasa porcellanea adulterina (*Faïance*) post vetera fuisse inuenta Noster arbitratur. Solent illa plurimum encausto ex centenis minii et stibii quadraginta stanni vsti et viginti aut quinque et viginti libris salis vitri obduci.

p. 254. *Encaustice. Ars vitriaria.* Eam accurate Noster describit; ita tamen vt vix audeamus dicere quid ex hac ipsa tractatione hoc loco describendum. Addidit etiam varias obseruationes ad artis vitrariae historiam spectantes. Vitri in fenestris vsum omnium primo apud gentes Septentrionales fuisse quidem in templis inualuisse videtur. FORTVNATVS sexti seculi poeta, et GREGORIVS TVRONENSIS illius coaetaneus, huius rei meminerunt. Octaui seculi initium vitriarios ex Francogallia in Angliam accersitos fuisse memoriae proditum est. Seculo duodecimo Abbas quidam, SVGERVS, fanum sancti Dionysii (*St. Denis*) fenestris vitreis egregie pictis exornauit.

Illud vitri genus, quod Anglis *flint-glass* dicitur, ex Nostri sententia praestantiam suam

p. 283.

exquisitae cuidam partium constituentium proportioni et mixtioni, sed potius fortuito casui debet. Dicit enim se ex quibusdam eruditis cognouisse, vitrum illud in iisdem furnis eademque ratione, vt commune, obtineri; neque semper omne vitrum in crucibulo quodam fusum iisdem laudibus pollere, sed quaedam saltim frustula eligi, quae illud vitrum achromaticum s. *flintglaß* praebeant; ita vt nondum constet, qua ratione illud sic mutatum fuerit. Quamuis itaque certa et constans via hoc vitrum parandi nondum inuenta fuerit, Cl. Auctor tamen existimat, illa vitri communis vitia forsan corrigi, adeoque vitrum achromaticum effingi posse, si massae vitriariae nulla salia adiicerentur, eaque dum fluit, frustula lapidea agitaretur, sic enim fieri posse arbitratur, vt vniformis quaedam et aequalis totius vitri consistentia.

Vitri genera varia, leuiora, et ponderosiora, quae cum plumbi calcibus parantur, et achromaticorum vicibus in telescopiis fungi possunt. Inter haec plurimi facit Noster, quod ex duabus cerussae partibus et vna silicum calcinatorum conflatur. p. 285.

Porcellanea Reaumuriana aut vitrea, quae, vt notum est, vasorum vitreorum cum sabulo et gypso cementatione obtinentur, hac ipsa vstione ita affici videntur Cl. Auctori, vt acidum vitriolicum ex gypso euolutum sub vaporum specie omnia vitri interstitia penetret. p. 294.

Gemmae factitiae. Vitrum, quod his parandis vulgo impendi et nomine *Stras* insigniri solet, Noster ex vnciis duabus silicum vstorum, vna cinerum clauellatorum purissimorum, drachmis sex boracis et duabus cerussae fieri iubet. p. 296.

Metallicorum operum disquisitionem Cl. Auctor ab vniuersali quadam globi terraquei contemplatione auspicatur. Terra primigenia siue p. 301.

elemen-

elementaris ex Noſtri ſententia, corporum org
corum adminiculo in varias figuratur formas;
quod his ipſis corporibus a natura demandatum
officium, igneam materiem in ſinu ſuo fouendi q
et colligendi, eamque poſtea aliis corporibus
dendi. Iuuatur autem haec igneae materiae di
ſio aquarum miniſterio, quibus quippe tellur
cies indies mutatur.

Terra vitreſcibilis, quae, vt videtur, ab in
telluris omnem molem conſtituerat, aquis deinc
inundata, vegetabilia varia aluit, quae nunc prim
e creatoris quaſi manibus egreſſa, terrae natu
immutare coeperunt. Magis adhuc illa a pri
deflexit indole, poſteaquam animalia quoque
terunt, quorum ope terra calcarea nata eſt. Ex
dem regni vegetabilis et animalis penu omnis
teria inflammabilis depromta eſt, qua ad ſalia,
talla, ſulphuraque formanda natura opus ha
Quid? quod et mare immenſae vegetabilium et
malium ibi degentium copiae ſalſedinem de
quae in fluuiis ob adfluentes continuo aquas
viales nulla eſt. Metalla, in quibus terream par
lam ſalini principii adminiculo cum inflam
materia iunctam eſſe Cl. Auctor cenſet, in ipſo
ris gremio longe frequentiſſime naſci autum
forſitan, vt terra calcarea phlogiſti acceſſu
ſenſimque immutetur. Num ſulphur aut
cum omnibus metallis inſit, nihil decerni poſ
cryſtallorum tamen formas in metallis a ſulph
connubio plerumque pendere. Montes ob ſtr
rum ſitum perpendicularem, certe non horiz
lem, corporumque marinorum in iis abſen
primaeuos dictos, perinde ac alios omnes
ſuam originem debere, imo adeo ſummae antiqu
tis eſſe, veroſimile eſt: ſiquidem, ſtratorum,
antea in calcareae indolis monte fuerant, ſitum,

ſis cauſis, mutata ſimul ipſius ſaxi natura, turbari potuiſſe perpendas: prouti ſimile quid fieri cernimus, quando lapis calcareus lamelloſus igne vehementiſſimo vſtus, forma ſua orbatus, confuſisque quaſi inter ſe laminis, ad vitreſcentium lapidum naturam ſenſim inclinat. Ornatur porro haec ſententia a Cl. Auctore alio quodam experimento, quo conſtat, lapides varios vitreſcibiles, quarzum e. g. corneum lapidem, cotes, ſilices, achatasque, ſi vehementiſſimo igne torreantur, lamellarum formas, primigeniae quaſi naturae indices, prodere. Eſt denique non obſcurum huius rei argumentum in cotibus, quas hinc inde in vitreſcentem lapidem conuerſas offendimus; quarum tamen, ob calcareae terrae, dum ad vitreſcentem naturam redit, contractionem voluminisque imminutionem exiguus numerus eſt. Vt breuibus omnem Noſtri ſermonem adumbremus, aquae, corporibusque organicis omnis telluris facies, quae nunc eſt, externa, omnisque interior fabrica debetur: his terrarum fertilitas, his terrae motus, his montes igniuomi, his denique omne metallorum, corporumque mineralium immarcibilium genus gignitur et producitur, aeterisque aquarum et corporum organicorum viciſſitudinibus innititur, quae et nunc eſt, et olim erit, globi terraquei forma et indoles.

Mineras metallicas eas ſaltim dici vult Noſter, quibus ſapor nullus ineſt. Exiſtimat enim, niſi haec nota minerae definitioni adiiciatur, fieri poſſe facile, vt ſalia metallica quoque, et aquae minerales cum mineris peruerſa ratione confundantur. Omni autem minerae metallicae praeter metallum, vel ſulphur ineſt, vel arſenicum. p. 335.

Auri minera nulla datur, ſiquidem hoc metallum ſemper purum et ſolidum eſt, ſaxisque ſaltim inhaeret. Idem de platina ſtatuendum eſt; cum p. 337.

ſulphu-

ſulphure enim arſenicoque copulari recuſat. [illegible] wis ſmiridi ſic dicto Hispanico platinae mine[illegible] ſi qua eſt, ſimilem eſſe ſuſpicatur.

p. 341. Quae Cl. BAVME *minera argenti* corne[illegible] citur, nobis ea eſſe videtur, quam noſtrates [illegible] *ram vitream* ſalutare ſolent. Nobis enim vo[illegible] minera argenti cornea, non arſenico, (niſi caſu [illegible] tuito id quoque inhaereat) ſed acido ſalis ſemper [illegible] neraliſata eſt. De plumbo nudo, quod hinc [illegible] reperiri narrat, mineralogorum plurimi, nec im[illegible] rito, dubitant.

p. 377. Enarratis ſuccincte iis, quae ad venarum [illegible] niculorumque ſubterraneorum indagationem et [illegible] ſtructionem pertinent, vaporumque mephiticor[illegible] inflammabilium et metallicorum natura perpe[illegible] ad ipſius artis docimaſticae contemplationem N[illegible] ſter accedit. Praefert autem in ſcrutinio mine[illegible] rum (*Eſſai des mines*) eam rationem, qua mine[illegible] contuſae non lotae igni traduntur. Ex lauta[illegible] enim hoc incommodi enaſci ait, vt vna cum te[illegible] ſtribus particulis, de minera ipſa haud parum a[illegible] piatur; adeoque tentaminis fides ambigua red[illegible] tur. Monet etiam certius expeditiusque [illegible] de minerarum pretio iudicium, ſi paullo maius [illegible] nerarum pondus ſcrutinio ſubiicias, quam ſi, ex [illegible] rorumque artificum more, in exigua ſaltim c[illegible] laborem inſtituas.

p. 381. In disquiſitione minerarum auriferarum [illegible] ne praeuia vix opus eſt. Plurimum autem [illegible] eſt, ſal et boracem adiicere, alias ignis vehem[illegible] plurima plumbi pars comburitur, adeoque ma[illegible] auri copia intacta, ſaxoque minerae inhaerens re[illegible] quitur. Praeſtat etiam mineram fuſam in cru[illegible] lo aſſeruare, quod ſi enim effunditur, aliqua pa[illegible] cula metalli ſemper remanet. Eandem ration[illegible] in mineris argenti perſcrutandis ſequi oportet. [illegible]

prae

reae ſic disquirendae ſunt, vt ſedulo primum vſtu-
ntur, diu protracto igne, donec omnis arſenici ſul-
hurisque vapor auolauerit, alias, hepate ſulphuris
b fuſione naſcente, quo non exigua metalli pars
erroditur, fallax euadit huius examinis euentus. A
umbo in hoc labore abſtinendum eſt, quo quippe
agna aeris copia ſemper deſtruitur. Cum ſtan-
m facillime in calcem abeat, et difficulter reſti-
tur, ſub calcinatione minerarum ſtanni, magna
rumque eius pars deperditur, niſi, quod Cl. Au-
or ſuadet, minerae ignitae picis nonnihil adiicia-
r. Inde enim hoc commodi habebis, vt arſeni-
m metallica forma nunc donatum facilius diſſipe-
r. Oportet etiam, quantum fieri poteſt, a mi-
eris disquirendis lapidea fruſta ſeparare, ne ſub ha-
m tarda colliquatione metallum denuo combu-
tur. Mineris ferri, pertinaciter ſulphur ſub cal-
tione retinentibus, calcis viuae pauxillum ſub
ſione addere oportet, quo et lapidea minerae pars
lerius fundatur, et ſulphur exactius ſeparetur.
eliquatione hydrargyri, quae deſtillatione fit,
um addere oportet, ne forte metallum in mi-
a ſua ſaepenumero minutiſſime diuiſum, in cal-
m abeat.

Pertractatis omnibus circa metallorum eliqua- p. 440.
nem laboribus, ad pyritas Noſter deſcendit, quos
ſulphuris aut arſenici metallum in ipſis conten-
m inuoluentis, et terrae non metallicae copia, ac
nique ipſo compoſitionis modo a mineris differre
ſtratur. Sulphur nempe alia ratione in pyritis
um in reliquis mineris ſuo metallo iungi exiſti-
at, forſitan ob argillaceae terrae praeſentiam.
Quod vero ſolos pyritas ex chalybe ſcintillas pro-
icere eoque a mineris optime diſtingui poſſe opi-
etur, vehementer miramur, cum multae minerae
em faciant, ex quarum numero haematiten, ſtanni

mine-

erationem pariat, obnoxia ſunt, vtplurimum tamen pulmones ſimul affecti deprehenduntur, ita, vt aegri raro in exitium vergant, niſi hi ipſi communi laborent vitio. In *ſecunda* abſceſſuum ſine inflammatione natorum *ſpecie* pus non fixo quodam loco colligitur, ſed libere in ſanguinis maſſa oberrat, dataque occaſione per patula corporis loca effluit. Etſi vero in ipſo ſanguine, dum e vena mittitur, purulenti nihil apparet, ſed cuncta homogenea, accurateque miſta in eo reperiuntur; haud raro tamen, inciſo funere, circa cuiusuis generis viſcera cruſtae ſubflauae, albidae, eaeque inſtar cordi compactae poſitae ſunt, quibus cum nullae illae viae, quam tenerrima exhalantia vaſa patuerint, ipſum ſanguinem originem dediſſe vero omnino ſimile eſt. Pus hac ratione exortum mox ad pulmones vergere, mox per nares, meatum auditorium, vrinae vias etc. excerni viſum eſt. Progredimur ad *tertiam ſpeciem*, in qua pus, aliquo loco in corpore iam collectum, ad remotiorem quendam, nullo antea vitio affectum defertur. Tranſitus huius puris, prout conſtat, varius eſſe poterit, ipſa vero ratio, qua ad alium locum vehitur, triplex eſt eaque vel reſorptione, (hanc tamen rarius euenire Noſter putat,) vel transmigratione per celluloſitatis cauernas, vel per eroſam telam, conſumto adipe, abſoluitur, purisque metaſtaſes format. Ceterum, quod ad puris generationem ſpectat, in ipſo ſanguine cordis vi per ſua vaſa agitato natales eiusdem quaerere, tutiſſimum eſſe, eam autem ſanguinis partem, ex qua illud fluidum naſcatur, definiri vix ac ne vix quidem poſſe, Noſter fatetur.

VIII.

VIII.

CHRISTIANI EHRENFRIED ESCHENBACHII, Medicinae Doctoris et Profeſſoris in Academia Roſtochienſi Publici Ordinarii, Scripta Medico-Biblica. Roſtochii apud I. C. Koppium, CIↃIↃCCLXXIX, pag. 134. in forma octaua.

Gratum omnino Cl. ESCHENBACHIO habendum eſt, quod ea opuſcula, quibus academicis quibusdam ſolemnitatibus quondam praeluſerat, coniunctim edenda curaret. Etenim, quam dignae hae de morbis quibusdam, quorum in ſacris libris mentio fit, diatribes fuerint, quae denuo imprimerentur, ex indice earum, quem dabimus, apparet.

p. 5. *I. De gemellorum partu* ad illuſtrandum locum Gen. XXXVIII. 27 – 30. Etſi WRISBERGIVS experientia dubium ab inuolucro cuilibet gemellorum proprio deſumtum, quod obiici a nonnullis MOSIS de partu illo narrationi ſolet, remouere studuit; putat tamen Noſter, eam, quod alter gemellorum, de quibus WRISBERGIVS retulit, mortuus fuerit, eidem diluendo aptam non eſſe, ſed ſuam etiam omnino manere facti a MOSE relati veritatem. At ſalua res eſt; etenim licet certiſſimum ſit, gemellorum quemuis ſuis circumdari membranis, tamen abeſt, vt vtriusque inuolucri laceratio a partus doloribus fieri nequeat, vt ea haud raro obſtetricibus animaduertatur; hinc ſeparatum inuolucrum non obſtare patet, quo minus gemellorum ille, qui manum ex vtero emiſerit, atque adeo primum prodire fuerit viſus, alterum in ipſo partu ſequatur, cum addi tantum, illuſtrationis ergo, vtriusque inuolucri diſruptio debeat.

II. De Iudaeorum lepra, Leuit. XIII. et XIV. p. 17.
Praemiſſis iis ſignis, quibus lepram ab aliis morbis
gnoſci potuiſſe nonnulli ſacri codicis loci teſtantur,
Noſter aſſeuerat, variisque MOSIS, aliorumque ſa-
rae hiſtoriae Scriptorum relationibus probare an-
nitur, hunc morbum iis nequaquam annumeran-
dum eſſe, qui ex naturalibus cauſis originem ſuam
petant, ſed ad ſupranaturalium claſſem eum per-
tinuiſſe, eique adeo tollendo ſupranaturalibus quo-
que mediis opus fuiſſe. Ceterum aduerſus non-
nulla cum theologorum tum medicorum placita,
quibus lepram non ſolum Iudaeos, verum etiam
gentiles quoscunque olim vexaſſe, eamque ad con-
tagioſos morbos referendam eſſe, atque homines
in variis regionibus etiamnum ea laborare conten-
derunt, varias Noſter protulit obiectiones, quae
etſi potiſſimum argumentis ex ſacris litteris petitis
refutantur, verendum tamen eſt, vt eorum plauſum
merant, qui cum leproſis verſati ſint, iisque ſanan-
dis dederint operam *).

III. De obſeſſis. Homines, in quibus angeli p. 41.
mali ita inhabitant, vt corporis organa, viresque
eo lubitu regant, eo tempore, quo mundi Soſpi-
tator inter telluris incolas verſatus eſt, quin etiam
aliquamdiu poſtea obueniſſe, aduerſus MEADIVM et
HARMERVM, Noſter monet, eo potiſſimum vſus ar-
gumento, quod effectus, quos edebant obſeſſi, cum
maniacorum atque epilepticorum conuulſionibus
nequaquam conuenire ex variis ſacri codicis locis
pateat. Deinde ſingulorum, quorum in noui foe-
deris libris mentio fit, obſeſſorum res geſtas ſtu-
dioſius

*) vid. G. G. SCHILLINGII de lepra commentationes.
v. ſupra. p. 424.

dioſius conſiderat, easque ſuae opinioni robur a
dere ſummum arbitratur.

p. 60. *IV. De piſcina Bethesda*, Ioh. V. 2-4. Co
MEADIVS, HEVMANNVS, aliique in ea verſati ſu
rint opinione, vt piſcinam, de cuius viribus IOHA
NES laudato loco retulit, ad medicatos fontes re
rendam eſſe ſtatuerent, operae pretium ſe factur
exiſtimauit Noſter, ſi disquireret, vtrum illae vi
tutes, quas Euangeliſta laudat, fonti cuidam me
dicato conuenire poſſent. Quam ob rem cum ſa
lutaribus effectibus, quos huiusmodi fontes in hu
mano corpore exſerunt, piſcinae illius vires com
parat, easque teſtari arbitratur, medelam ex na
turae quodam regno petitam morbis illis, quib
tollendis ſalutaris piſcinae aqua par erat, haud ſa
feciſſe, atque adeo ſupranaturale remedium ea
praebuiſſe, nec eiusdem exemplo, prout BARTH
LINVS voluit, vniuerſalis medicamenti exiſtentia
poſſe probari.

p. 73. *V. De ſudore ſanguineo*, Luc. XXII. 44. D
non defuerunt, qui humani generis redemtor
in oliueti monte humorem alias ex cutis poris ma
euntem, neque rubrum ſanguinem exſudaſſe pu
berent; LVCAE tamen verbis inſiſtendum eſſe, q
rumque omnino cruorem ex CHRISTI cutana
perficie exſtillaſſe, Noſter arbitratur, argumento
idoneis confirmare rei huius veritatem ſtudet. I
enim, etſi ſanguis, quamdiu et impetus eiusd
et vaſorum, quibus ille coërcetur, reſiſtentia ſerm
tur aequalis, prout in naturali ſtatu ſemper ani
aduertitur, vltra vaſa haud penetrat; tamen, ſi hu
moris huius motus a cauſa quadam occaſionali au
getur, capillares arteras ſanguiferas nimis dilatet
et lymphaticas capacitatem ampliorem aſſumere,
eamque

que nanciſci diametrum, quae cruori introitum ermittat, certum omnino, medicorumque experi- tia cognitum eſt; hinc, cum ſaluatoris mentem uiſſima negotia occupatam tenerent, quae eidem mmouendae eſſent aptiſſima, non potuit non ob ſſimum huius cum corpore commercium, prae- alia commoti animi effecta et ipſe ſanguineus lor ex cutaneo habitu exire.

VI. De ſanguinis et aquae e latere Saluatoris p. 82.
ixi perfoſſo effluxu, *Ioh. XIX.* 33 – 37. In ſtrando hoc ſacri codicis loco Cl. Auctor ea ver- ratione, vt, laudatis WEDELII, BARTHOLINI, ASII, HEVMANNI, aliorumque clarorum viro- cum de laeſo latere, tum de partibus, ex qui- humores prodierint, opinionibus, argumentis- e, quibus fuerit prohibitus, quo minus aſſentiri is omni ex parte poſſit, additis, ſuam de hac re gnitam reddat ſententiam, eamque aptis rationi- s ſtabilire allaboret. Redeunt autem, quae di- putauit, eo, vt, etſi ſiniſtrum latus laeſum fuiſſe ad- odum vero ſit ſimile, ipſum tamen cor atque pe- cardium haſtam nequaquam tetigiſſe, ſed potius periorem cauae venae truncum ea fuiſſe lacera- m, atque ex hoc vaſe cruorem prodiiſſe, autu- t. Quod vero ad aquam, quae vna cum ſan- ine ex perfoſſo latere effluxit, attinet, eam ex mani corporis natura explicari non poſſe, ſed pranaturalem habuiſſe originem, Noſtro videtur rifimile.

VII. De ſaluatore non apparenter, ſed vere p. 120.
ortuo, *Ioh. XIX.* 33. 34. Quum DAMMIVS, cele- is quondam chriſtianae religionis aduerſarius, ſal- atorem crucifixum ſyncope tantummodo corre- tum, et, a cruce ſolutum, agnatorum cura, mediis-

que

que idoneis refocillatum, ſicque in vitam ex
rente morte reuocatum eſſe, perhibuerit; Noſt
argumentis potiſſimum ex medicina deſumtis,
nixus hanc obiectionem remouit, ſimulque de ſig
quibus apparenter mortui a vere mortuis poſ
diſtingui, quaedam immiſcuit, ex quibus velut
nus cognitum illud, quòd arteriotomia ſubminiſtr
annotandum videtur; etenim ſi ſyncoptici occ
talis, radialis, aliaue his ſimilis arteria ſecetur, ſa
guis ſtatim effluet, ipſisque ſaltibus, licet exig
diſcerni poterit; nihil vero rubri ſanguinis pro
bit, ſi mortuus fuerit homo, cuius quippe arte
ſanguine deſtitui, cadauerum ſectionibus conſtit

IX.

Der Naturforſcher. VII. Stück. 18. *Seitt.*
Kupf. Halle 1775. 8. *VIII. Stück.*
Seitt. 7. *K. IX. Stück.* 20. *Seitt.* 6.
X. Stück. cum indicibus 13. *Seitt.* 2.
1777.

i. e.

Naturae Scrutator. Pars VII. VIII. IX. X.

Indicauimus iam alio tempore huius diarii p
priores *), quibus nunc et poſteriorum
mentationes breuiter ſubiungimus. Contin
autem ſeptima parte hi tractatus.

P. I. 1) C. G. DE MVRR, *Aduerſaria ad hiſto
naturalem Iaponenſium et Sinenſium.* Recenſet
nullos harum gentium libros et icones in p
plantarum laudat, cum reliquorum corporum
turalium delineationes rarius naturae reſpond

*) v. comm. noſtr. Vol. XXII. p. 700. Vol. XXIII. p.

inprimis autem libri cuiusdam Sinici historiam naturalem spectantis mentionem iniicit, quem in bibliotheca TREWIVS asseruauerat, atque mineralogicarum, botanicarum et zoologicarum tabularum ..., et quae in iis depinguntur corpora naturalia commemorat, Linneana nomina et nostri aeui naturalem scientiam subiungens.

2) I. L. FRISCH *de causis variae formae et* p. 52.
cognitudinis canis familiaris. Praemissa breui su-
per animalibus hybridis dissertatione, expensisque
BUFFONI de varietate canum opinionibus, sua pro-
nuit; atque putat vim imaginationis, animi affe-
tus, metum tempore grauiditatis, clima, nutri-
tionem, coitum diuersarum varietatum et migra-
tiones in hominum societate, has varietates diuer-
sas progignere. Contendit simul canes ex vna et
peculiari specie ortum duxisse atque istam in Asiati-
cis regionibus adhuc inueniri. Quibus adiunxit
quattuor varietatum huius speciei tabulam, qua
canes naribus et cranii figura inprimis differre
docet.

3) O. F. MÜLLERI *obseruationes super Chao* p. 97.
fusorio, vermibus et insectis ex epistolis ad GOE-
ZIVM *datis petitae.* Obseruationes GOEZII de na-
tura *Vibrionis anguillulae* probat; *Sphegem nigram*
describit, quemadmodum quoque genus *Cyclopis*
suis animaduersionibus illustrat.

4) S. A. DE ROTTEMBVRG *annotationes in* p. 105.
Tabulas Hufnagelianas Papilionum. Considerantur
notissimum Sphinges atque traduntur descriptiones
Sphingis Galii, *Sph. asiliformis*, *Sph. oestriformis*,
atque *Sph. tabaniformis.*

p. 113. 5) I. E. I. WALCH *aduersaria entomologi*
Pars II. Describitur et depingitur *Papilio luc*
sus eques alis nigris fascia cyaneo-viridi commu
ad marginem primorum punctis quatuor eiusd
coloris; et *Papilio Fulgrator* eques alis fuscis a
cyaneo-viridi radiata, linea primorum albida inte
rupta tribus albidis punctis.

p. 117. 6) I. A. E. GOEZE *index nominum omnium*
pilionum a ROESELIO *et* DE GEERIO *descripto*
secundum Linneanum systema. Vtilis catalogus.

p. 151. 7) *Descriptio nonnullorum rariorum Conch*
rum musei Societatis Naturae Curiosorum Gedan
Turbinum tres species et vna Neritae ex Noua S
landia depinguntur atque describuntur.

p. 169. 8) KÜHN, *de erucis, quae testaceis affines s*
Depingi curauit varias laruas, quas in Quer
salicibus magnitudine et figura diuersas, ex
quoque suppellectili v. g. corticis squamis l. ram
minutissimis exstructis tegminibus obtectas in
et sedulo descripsit.

p. 189. 9) O. F. MÜLLERI *rarioris cuiusdam pla*
descriptio. Enarratur structura *Conferuae fi*
filamentis e basi orbiculari parallelis. Flor.
tab. 660.

p. 195. 10) I. E. I. WALCHII *aduersaria minera*
Bauariae et Palatinatus. Enumerantur pri
terrae et metalla eorundemque efficacia et
natales sicuti et lapides atque petrefacta, inter q
Vermiculitae, Belemnitae, Ammonitae, Troch
Buccinitae, Chamitae, Pectinitae, Ostracitae,
tulitae, et Terebratulitae nominantur.

II)

11) I. E. I. WALCHII *obſeruationes lithologicae,* p. 211.
rs ſexta. Duo Tubulitae, Nautilites et Patellites
gionis Megapolitanae indicantur, iconibusque
ſtrantur.

12) I. S. SCHRÖTER commentatio *de rario-* p. 217.
ue quibusdam matricibus metallorum et mineris.
pplementa ad LEHMANNI de hac materie diatri-
n. Cuprum et plumbi mineram in Selenite,
nnum et pyritem in granite, cobaltum in talco
cuprum in marga inuenit. Sic quoque lapidem
naceum, quarzum, terram ſiliceam et alias mi-
ras tanquam auri, ſtanni, cupri et aliorum metal-
rum matrices nominat. Quibus de ferro natiuo
nnulla ſubiunguntur.

13) HVNTERI *deſcriptio animalis ex India* p. 236.
ntali Nyl-gau. Verſio ex Philoſophicis Trans-
ionibus cum icone.

14) STEPHAN DE VISME *de terrae motibus* p. 268.
inſula Macao et ſingulari Simiarum ſpecie in Ben-
ſia. Ex iisdem verſio.

15) KÜHNIVS quaedam contra GOEZII ſen- p. 272.
ntiam diſputat atque experientia innitens illam
lfectionem filorum, quae nobis ſub nomine *des*
egenden Sommers venit, ab araneis deducit, quae
mpore autumni prata hiſce obducant filis.

Octaua autem pars offert: P. VIII.

1) FRISCHII *de cauſis diuerſitatis inter marem* p. 1.
feminam animalium et praecipue varii coloris com-
mutationem. Characteribus tum externis, tum in-
rnis inter marem et feminam obuenientibus diſ-

quisitis, praeter partes genitales, quae non om
bus tanquam externi characteres suppetunt, vari
magnitudinem et figuram, pilorum et penna
varium colorem, varias partes, quae vel caput e
ornant corporis loca, et vocis diuersitatem, charac
ribus externis annumerat. Quae omnia exem
bonis neque incongruis ex mammalium et au
historia confirmantur atque etiam singulorum
dinum tanquam solidipedum, calceatorum, so
cum, laceratorum etc. ex mammalibus ac grad
rum, scandentium, saltantium et palmipedum
auibus characteres diuerso sexui proprios se
commemorantur.

p. 26. 2) I. E. I. WALCH *descriptio Lemuri R
gos.* Accurata descriptio atque distinctio dilig
specierum affinium vna cum bona icone.

p. 39. 3) BOCK *ornithologia Borussica.* Describ
tur magno studio et egregie adhibita opera ic
tres siue primi ordinis aues atque eorundem o
nomia, sicuti *Vultur maximus*, *V. leporarius*, *
Falco Melanaetus, *F. ossifragus*, *F. thryssaetos*, *F.
gargus*, *F. Miluus*, *F. gentilis*, *F. albus*, *F. subbu
Buteo, *F. Tinnunculus*, *F. Haliaetus*, *F. apiv
Palumbarius, *F. aeruginosus*, *F. Nisus*, *F.
Strix Bubo, *St. otus*, *St. Scobs*, *St. nyctaea*, *St.
St. Stridula, *St. vlula*, *St. funerea*, *St. passerina*;
nius excubitor, et *L. collurio* earumque varie

p. 62. 4) GOEZE *aduersaria ad historiam
ptinorum. Denominatione et characteribus
generis disquisitis, historiam duarum specierum
ni furis et *Ptini*, quem *Pulicem* nominat, spec
pertractat. Marem et feminam *Ptini furis*
principiis innitens distinguit, atque arbitratus

...Germanum, fuſcum thorace transuerſim rugoſo, ...ibus ferrugineis elytris ſtriatis cet. eſſe marem ...ini Furis L. Vtriusque laruas in feminibus Cari ...rii inueniebat eorundemque metamorphoſin ob- ...rauit. Denique deſcribitur et, quemadmodum ...m reliqua inſecta, icone illuſtratur *Dermeſtes mi- ...ſſimus ouatus nigro fuſcus, antennis corporis dimi- ...longitudine, apice hirſutiſſimis.*

5) S. A. DE ROTTEMBVRG *annotationes ad* p. 101. ...ſnagelianas *Papilionum tabulas.* Perſequitur ...lli cum ſtudio laborem in ſexta et ſeptima huius ...rii parte ſuſceptum, atque hac noua commenta- ...ne phalaenarum nonnullas ſpecies animaduer- ...nibus illuſtrat lectu dignis.

6) KÜHN *de nonnullis papilionum ſpeciebus,* p. 112. ...*in aliis regionibus rarius, quam prope Eiſena- ...reperiuntur.* Nonnulli papiliones nymphales ...mati deſcriptionibus accuratis diſtinguuntur et ...*Megera, P. Ligea* et *P. Hero* delineantur.

7) MEINECKEN *obſeruationes entomologicae* p. 127. ...*quarta.* Laruae *Phalaenae pauoniae* vſus et ...ſtura indagatur atque de papilionum varieta- ...quaedam diſputantur.

8) I. E. I. WALCH *deſcriptio nonnullorum re-* p. 149. ...*detectorum conchyliorum. Comment. tertia.* Ad- ...brantur *Balanus polythalamius,* idem videtur cum ...*pade Diademate* LINN. *Lepas oblonga conſtricta* et ...*tellae* quaedam ſpecies.

9) CHEMNIZ *epiſtola ad Ill.* WALCHIVM *ſu-* p. 163. ...*conchyliis ſiniſtrorſum conuolutis.* Monet ple- ...que eſſe cochleas terreſtres et fluuiatiles, neque ...ſſe cum dextrorſum conuolutis coitum cele-

brare. In qualibet fere earundem familia [illegible] reperiuntur.

p. 179. 10) I. E. I. WALCH *aduerſaria ad hiſtoriam [illegible] turalem Spongiarum Specim. I.* Fila, ex quibus [illegible] ficiuntur, ſunt mox flexibilia et longa, mox rig[illegible] et breuia, modo ſimplicia, modo ramoſa cet. Stru[illegible] ratione ſuperficies, compagem internam exa[illegible] demque naturam, vtrum vegetabilis, an animalis [illegible] diſquirit, atque ſecundum varias proprietates no[illegible] nominatas eas in claſſes redegit.

p. 215. 11) I. S. SCHRÖTER *ſupplementum prim[illegible] ad hiſtoriam patellarum regni lapidei.* Deſcription[illegible] trium nouarum Patellarum, vertice clauſo.

p. 224. 12) DE ARENSWALD *hiſtoria Pommeranor[illegible] et Megapolitanorum petrefactorum. Pars II.* Co[illegible] memorantur Encrinitae, Trochitae, Echinitae, T[illegible] bulitae, Orthoceratitae et Belemnitae. Inuen[illegible] Orthoceratitae cauernis petroleum.

p. 245. 13) MEINEKEN *adnotationes mineralog[illegible] Pars III.* Encrinitae cuiusdam ſtructura [illegible] imaginibus illuſtratur; atque Entomolitae in [illegible] laceo lapide ex Sueuia mentio fit.

p. 259. 14) I. E. I. WALCH, *obſeruata lithologica [illegible] VII.* Petrefacta, quemadmodum Oſtracion, de [illegible] tamen, an certe oſtracion ſit, nos multum du[illegible] mus, et Alcyonium fiſtuloſum petrefactum, E[illegible] niten, Pentacriniten et Ammoniten ſpectant.

p. 280. 15) I. G. WISGER *deſcriptio Speluncae [illegible] dewindenſis.* Eſt in Palatinatu ſuperiori, in qua [illegible] periuntur ſtalactitici coni, qui mox ex nigris, mox [illegible]

ibis componuntur lamellis et cum obſeruatum ſit ieme ſemper nigram gigni, Cl. Auctor monet, ex is lamellis determinari poſſe horum conorum ſta- ctitiorum antiquitatem. Detecta ſunt quoque hac ſpelunca oſſa procul dubio Canum, Vulpis Lupi; lapis, ex quo haec ſpelunca fit, eſt calca- us ſpatho commiſtus. Notantur et alia circa anc ſpeluncam memorabilia.

16) DE LVC *commentatio ſuper ſingulari echi-* p. 286.
te. Verſio ex *Mem. préſ. á l'Acad. des Scienc. Tom. IV. p.* 468.

17) MAVDVIT *de optima methodo transmit-* p. 289.
endi animalia peregrina in vini ſpiritu. Verſio ex *Journ. des Sçauans. Mars* 1774.

In nona parte leguntur hae diſſertationes: P. IX.

1) FRISCHII *com. altera de cauſis diuerſitatis* p. 1.
inter marem et feminam et inprimis coloris pilorum et pennarum varii. Paucis de origine pilorum et pennarum diſputatis, colorem deriuat ab interna humorum mixtione neque a calore vel frigore, quamuis concedat, temperiem ſplendorem harum partium et imminuere et augere poſſe. Mox quaerit cauſam, cur et animalia ſylueſtria, indiuidua ſingularis et diuerſi coloris edant, atque haſce varietates potiſſimum a nutrimento, tempeſtate, morbis, aetate, cet. repetit. Denique autumat quoque in vario ſexu a mixtione humorum varia varium colorem oriri, ita, vt maſculum animal ſemper nobilioribus ſcatens ſuccis etiam habeat integumenta ſplendidiora.

2) BOCK *ornithologia Boruſſica. Ordo II.* P. 39.
Nominantur inprimis hae picae: *Pſittacus Macao,*

Coruus Corax, C. Corone, C. frugilegus, C. [illegible]
C. Monedula, C. glandarius, C. caryocatactes, C. [illegible]
Coracias garrula. Oriolus galbula, Cuculus [illegible]
Yunx Torquilla, Picus martius, P. viridis, P. [illegible]
P. medius, P. minor, Sitta Europaea, Alcedo Ispi[illegible]
Merops Apiaſter, Vpupa Epops, Certhia familia[illegible]
et C. muraria.

p. 61. 3) GOEZE *indicis inſectorum et verm*[illegible]
omnium tum in Roeſeliano, tum Clemanniano ope[illegible]
obuenientium ſecundum LINNAEI *et aliorum ſyſtem*[illegible]
ta continuatio.

p. 81. 4) EIVSD. *emendationes indicis ſuper pap*[illegible]
nibus Roeſelianis Partis VII. huius diarii. Vter[illegible]
catalogus diligenter compoſitus omnem noſtr[illegible]
meretur laudem.

p. 86. 5) KÜHN *analecta ad hiſtoriam inſector*[illegible]
Pars VI. Deſcriptiones et metamorphoſes nonn[illegible]
larum erucarum ſicuti eius, quae in Thlaſpi aru[illegible]
reperitur, Sphingis Atropos et aliarum, que[illegible]
modum quoque oui Papilionis Hippothoes.

p. 99. 6) I. D. SCHVLZE *aduerſaria entomol*[illegible]
Pars II. Deſcribuntur atque figuris illuſtr[illegible]
Papilio Claudia, Caſſida marginata, Fulgora l[illegible]
paea, Lipſiae inuenta, *Phalaena T. aleella, C*[illegible]
inaequalis et Papilio Iphigenia.

p. 111. 7) S. A. DE ROTTEMBVRG *animadver*[illegible]
ad Hufnagelianas lepidopterorum tabulas. Phal[illegible]
noctuae ſedulo et diligenti, vt ſolet Cl. Auctor,
dio examinantur.

8) SPE[illegible]

8) SPENGLER adumbrat commentatione eru- p. 145.
ita *Turbines* nonnullos, quos ex Noua Seelandia
ceptos delineari curauit. Icones ſunt additae
legantiſſimae.

9) KÜHN continuatio diatribes *de Erucis Teſta-* p. 169.
is affinibus. Definiuntur iuſto vberius, cuius res
ruditas tractandi erroris varii huius diarii ſcripto-
es ſe reos fecere, laruae quaedam earundemque
olutio.

10) GOEZE *aduerſaria ad Vibrionis Anguillu-* p. 177.
li hiſtoriam. ROFFREDI obſeruationibus examina-
is et probatis, ſuarum quasdam addit, affirmans ſe
icroſcopio adiutum alios vibriones cum ipſa pro-
genie, alios ouis inſtructos inueniſſe atque eos, qui
a glutine inuenirentur et figura et aliis proprieta-
ibus ab iis diſcrepare, qui in aceto degerent.

11) CHEMNIZ *de quarundam cochlearum inter-* p. 183.
n ſtructura. Inprimis *Strombi Fuſi* colores, conca-
erationes et gyri eleganter depinguntur.

12) I. E. I. WALCH *deſcriptio nonnullorum* p. 188.
uens detectorum teſtaceorum. Com. III. Lepades
analiculatas diuiſit in tres greges, ſcilicet lepades
anali aperto vertice curuo; canali ſemiclauſo, ver-
ice recto, et canali clauſo vertice recto, ſpecies-
que hiſce ſectionibus adnumeratas et definiit et ico-
nibus exprimi curauit. Depingitur quoque turbo
liquis ex collectione Principis Sereniſſimi Rudol-
adienſis.

13) O. F. MÜLLERI *ſynonymia animalculorum* p. 205.
infuſoriorum. Comparantur icones Eichhornia-

nae *) cum descriptionibus in historia vermium te-
restrium et fluuiatilium datis.

p. 215. 14) I. D. SCHVLZE *comparatio iconum entom-
logicarum* WENCESLAI HOLLARII *cum Linnaeo sy-
stemate.* Scriptoris seculi superioris vitam ipsiusqu
operis contenta recenset, atque synonymiam pe-
vtilem subiungit.

p. 225. 15) I. BECKMANN *de nonnullis exoticis ligni-
cum quibus mercatura fit.* Definiuntur duodecim
ligna varii generis eorumque characteres et vsu
annotantur. Lignum litteratum non ex Epidendro
scripto, vt multi falso opinantur, sed ex Piratinera
Guianensi obtinetur, quemadmodum lignum, qu
dicitur *Bois de Ferole*, ex Ferolia Guianensi AVBLE-
TII scinditur. Similes tractatus vtilissimos pu
verimus.

p. 241. 16) CHEMNIZ *de quibusdam varioribus Orth
ceratitis.* Possidet tabulam marmoream, in q
quatuor et viginti orthoceratitae delitescunt
aliam, quae quadraginta comprehendit, sicuti
alios, quorum internam structuram sollicite pe
scrutatus est.

p. 248. 17) I. C. MEINECKE *obseruata mineralogi
Pars IV.* Commemoratur historia cuiusdam lo
pitae atque proponuntur nonnulla super Amm
tarum siphone et Echinorum futuris.

p. 262. 18) I. E. I. WALCH *obseruata lithologica P
VII.* Nominantur inprimis haec petrefacta: Orth
cites ex Mytili cristati familia, Echinites nonn
quae

*) *Beyträge zur Naturgeschichte der kleinsten Wass
thiere, herausgegeben von* I. C. EICHHORN. 8. K
Danzig.

quem LESKIVS *) *Echiniten pyriformem* nominat, cancri petrefactum, trilobitae, cranium Lacertae Crocodili lapideum, orthoceratites, porpites globularis et alia. Deinde et de origine Echinitae favoginei quaedam afferuntur.

19) I. S. SCHRÖTER *de regionis Vinarienſis cochleis.* Diuidit biualues cochleas in eas, quae teſtis aequalibus et eas, quae inaequalibus componuntur, earundemque varia genera et diuerſas ſpecies proponit. p. 295.

Decima denique parte, qua Ill. WALCHIVS primam huius diarii decadem finiuit, hae diſſertationes continentur. Pars X.

1) CHEMNIZ *de Pinna, eiusdem ſerico opere et Cancro Pinnothere.* Credit illud ſericum opus cum tentaculis reliquorum vermium poſſe comparari. Caeterum fuſe enarrata inter pinnam et cancrum pinnotherem amicitia iisque teſtimoniis prolatis, quae vel veteres vel recentiores propoſuere, hanc hiſtoriam fabulam eſſe putat, cum nemo rem ipſam viderit. p. 1.

2) I. E. I. WALCH *de claua Herculis ſpecie Serpulae.* Diuiſionibus generis Serpulae conſtitutis totam ſuae ſpeciei, cuius iam GVETTARDVM mentionem feciſſe probabile eſt, hiſtoriam percurrit, cui varias adiungit de loco natali, animali ſerpulam inhabitante et eiusdem generandi ratione coniecturas et quaeſtiones. p. 38.

3) EIVSD. *deſcriptio nonnullorum recens detectorum teſtaceorum Com. IV.* Genus Patellae variis p. 74.

*) V. EIVSD. Additamenta ad KLEIN. comm. noſtr. Vol. XXII. p. 722.

riis descriptionibus, diuisionibus et imaginibus il-
lustratur.

p. 86. 4) LINDENBERG *descriptio Curculionis Bra-
lienſis.* Videtur *C. Imperialis* DRVRY esse.

p. 88. 5) VON SCHEVEN *aduersaria entomologica
Pars I.* Proponuntur nonnullae animaduersiones
in ipsius huius diarii, a parte secunda ad partem se-
ptimam, commentationes, insectorum historiam illu-
strantes.

p. 102. 6) I. G. KÖHLER *obseruationes microsco-
picae super nonnullis aquae animalculis.* Optan-
dum esset, vt descriptiones accuratiores et syno-
nyma O. F. MÜLLERI addita essent: illius ani-
malculi, quod BAKERVS *Satyrum* dicit, inter alia
mentio fit.

p. 108. 7) GRONAV *aduersarium entomologicum.* De-
scribitur *Papilio Megaera*, Eruca Papilionis Maera
atque affirmatur laruas *Sphingis Euphorbiae* exo-
ctas in locis tenebricosis lucem spargere.

p. 112. 8) I. I. FERBERI *catalogus praecipuarum fo-
dinarum Electoratus Bauariae et Palatinatus superio-
ris.* Breuis, at, quemadmodum cuncta huius
Auctoris scripta, lectu dignissima enumeratio.

Huic parti adnexus est duplex index, alter
systematicus, qui nobis non omni ex parte se com-
mendauit, alius rerum vtilissimus. Gaudemus
mortuo Ill. WALCHIO, huius diarii editionem
Ill. SCHREBERO, viro eruditissimo, susceptam esse,
a cuius moderamine nouus sine dubio huic diario
accedet splendor.

X. Ma-

X.

Materia medica. Auctore PETRO IONA BERGIO Tom. II. *) Stockholm, 1778. 8. 1 Alph. plagg. 5.

Incipit hic tomus ſecundus a claſſe decima tertia, Polyandria dicta, eiusque primo ordine Monogynia. *Gummi Guttae.* Inquirendum ratur Noſter, annon Cambogia Americana alia ſit ſpecies, ſiquidem flores intus tomentoſi et fructus magnitudine ceraſi ſunt, dum Orientalis fructus magnitudine pomi eſt. Terrae *Orleanae* vſus eſt tinctorius. *Poeoniae* radix, flores, ſemina. Ex tuberibus Poeoniae recentibus eadem encheireſi ac cum tuberibus Solani tuberoſi obtinetur amylum album, mite, ſub elixatione in aqua gelatineſcens, bene glutinans. *Aconiti* **) herba, extractum. *Virtus;* pellens, ſudorifera, diuretica, ſubuertiginoſa; recens venenata. *Vſus.* Rheumatiſmus, arthritis, malum iſchiadicum. Extracto *Pulſatillae nigricantis* ***) Noſter fruſtra vſus eſt in oculorum morbis inprimis in amauroſi et panno. p. 461. p. 467. p. 478. p. 483. p. 491.

Mari veri virtus: neruina, tonica, reſoluens, emmenagoga, diuretica, errhina; *vſus:* cachexia, hyſteria, debilitas neruorum. *Scordium* animalium ac inficit ſapore allii. In hac enim ſtirpe natura coniunxit odorem allii cum potentia reſoluente, mixtione quidem ſingulari. Flores *Lavandulae.* Infans generoſus naſcebatur cum tumore molliſſimo capitis ſuper vertice magnitudinem oui columbini aequante; conſulebantur plures medici et chirurgi, ſectionem tumoris ſerio diſſuadentes. Tandem praeſcripſit Cl. ACREL Spirit. Lauandul. compos. p. 503. p. 505. p. 513.

*) Tomum primum vid. ſupra. p. 412.
**) v. comm. noſtr, Vol. XXI. p. 139.
***) v. ibid. Vol. XVIII. p. 530.

compos. Lond., quo tumor fricaretur, vnde bre
p. 515. tempore plenarie reſolutus fuit. *Menthae criſp*
vſus: hyſteria, vomitus, coagulum lactis in ma
p. 518. mis, colica. Oleum *menthae piperitidis* genis
oculis illinitum illacrymat oculos eosque poſtea
p. 525. borat. *Marrubii albi* puluis in aſthmate hum
p. 545. cet. *). Arbitratur Noſter non ſpernenda eſſe
ſcorum teſtimonia de *Euphraſiae* virtute aduer
p. 551. oculorum vitia. *Brancae vrſi* folia. *Virtus* emo
liens demulcens. *Vſus.* Clysmata.
p. 558. *Armoraceae* ſ. *raphani ruſticani* vim antarthri
ticam ſaepius Noſter obſeruauit. *Braſſicae* va
p. 579. ſpeciebus disquiſitis, ad *Sinapios* ſemina No
venit. Parum refert ex quanam ſpecie, alba
graue nimirum, haec ſemina in medicinam ſum
tur. Proſunt vero integre deglutita in febri
intermittentibus tertianis: eaque puluerisata c
cortice Peruuiano iunxit, et in febribus inter
tentibus protractis et repullulantibus cum bo
effectu exhibuit. Sed ardorem ventriculi ſubi
aegri ſunt paſſi, tamen absque detrimento. Ab
neant aegri a potu calido, ſumtis his ſeminibus.
p. 588. *Maluae vulgaris* virtus emolliens lubricans,
center ea exhibita, laxans. Veteribus fuit cul
p. 600. ris. *Ononidis* radicis drachma vna bis de die
ſenis ſarcocelen reſoluit. Cl. ACREL pariter
droſarcoceles plenariam reſolutionem ter
hancque radicem aegros valde mouere, Noſter q
que obſeruauit.
p. 605. *Dolichi vrentis* lanugo. *Virtus:* irritans,
mulans, anthelmintica. *Vſus:* Lumbrici. *Dol*
Soia LINN. culinis ſeruit ad ſaporem piscium
carnium exaltandum **).
p. 635. E Succo *citri* et aceto fortiſſimo Saturni c
mixtis ſ. q. et proportione iuſta paratur epithe
crem

*) v. comm. noſtr. Vol. XX. p. 135.
**) v. ibid. Vol. XIV. p. 199. it. Vol. XIX. p. 212.

remori lactis ſimillimum in morbis cutis vtile, quod cremor Saturni dicitur et in pharmacopoea necica *) inuenitur. Phaenomenon illud explicatur e qualitate acidi citri, ſalia in aqua inſolubilia formandi, ſi cum calce vel plumbo ſaturatur. Erysipelati ſcorbutico tibiarum identidem opem tulit Noſter frictione cum pulpa citri, quo etiam remedio cum ſucceſſu vſus eſt aduerſus gingiuas ſcorbuticas, atque vbi noma oboritur.

De *Scorzonera* bene ſcripſit I. M. FEHR **). p. 646.
Imprimis laudat Noſter, quae addita ſunt de febribus et diebus criticis. *Taraxaci* radicem recen- p. 649.
tem ſero lactis, iusculis et apozematibus incolam praeſtantiſſimam eſſe in morbis hepatis, libenter cum Noſtro fatemur. Saepe reſoluit ictiem hepatis cum iuſculo, parato ex radice recenti taraxaci et foliis recentibus acetoſae in ero lactis vel in aqua coctis, addito vitello oui, quod iusculum quotidie per plures ſeptimanas imo menſes, ſumſerunt aegroti, propinato ſimul remore tartari. Hoc regimen exoptatos etiam in alculo felleo et in aſcitide praeſtitit effectus. Flo- p. 691.
rum *chamomillae vulgaris* vſus internus rarior eſt extremo. (Nos vero interne iisdem crebro nec fruſtra imur, ad febres intermittentes profligandas, ad pasmos abdominis ſopiendos, ad flatus pellendos, ad lochia et catamenia promouenda cet.) *Pyrethri* p. 697.
ri radicem Aro aemulam eſſe nonnulli arbitrantur, recens cuti applicata agit fere, vt cortex Mezerei. *Violae tricoloris* herba recens ſatis praeſtans et p. 708.
catum eſt laxans mucilaginoſum a primo vere in erum vſque autumnum. Interdum autem mouet meſin. Herba recenter ſiccata vim ſuam purgantem

*) vid. libr. illius. p. 84.
**) Anchora ſacra vel Scorzonera. Ienae, 1666. 4.

p. 723. tem in aucta dosi seruat. *Ipecacuanhae* radix [illegible] stituitur radix violae *).

Recens radix *Ari* cuti applicata vix [illegible] vel vesicat, vnum tamen exemplum in tenera [illegible] visum Noster commemorat. Praeclarum [illegible] radicis effectum Noster expertus est, alcali[illegible] sorbentibus et aromaticis additis in cephalea[illegible] paticis pertinacissimis, quae a primis vi[illegible] ab atra bile, proficiscuntur. In febribus inter[illegible] tentibus puluerem dedit omni bihorio e rad. ari[illegible] lid. tart. Vitriolati ana ser. dimid. Rhei Selen[illegible] quinque cum fructu, interdum tormina accedo[illegible] ac tunc quidem ari dosis erat imminuenda. [illegible] ari culinaris nondum est, id quod meretur ob [illegible] tutem nutrientem ex amylacea qualitate et vi[illegible] glutinante. Iusculum parauit e radicibus ve[illegible] et farinosis perinde sapidum ac a Sagu, odore [illegible] menti triticei. Tales annosae radices ari vix [illegible] sunt et ebullitione praeterea mitigantur. [illegible]

p. 727. ceterum ari species apud varias gentes esculen[illegible] sunt. Nutriunt omnes suo farinoso.

p. 728. *Fungi Melitensis* vsus. Profluuia sanguinis [illegible]

p. 751. *tulae* lignum, lympha, epidermis, folia tenera, [illegible] fuligo, oleum Moscouiticum. *Balsamum* C[illegible] *se* est species terebinthinae omnium nobili[illegible] praestantissima, pariter amoenissima odore et [illegible]

p. 767. Hanc sequitur terebinthina Cypria, dein T. [illegible] toratensis, tum T. Veneta, sed deterrima [illegible] communis. *Lacmus succus*, cui inest tanta [illegible] monia, vt, etsi summa cum prudentia illum [illegible] cauit atque statim exspuit Noster, ex eo, quod [illegible] glexit fauces derepente eluere, breui sensero[illegible] rem vrentem in faucibus, qui sensim circa [illegible] culum cordis descendit, cum quadam vertig[illegible] specie nisuque ad aluum deponendam. Tand[illegible] cl[illegible]

*) v. comm. nostr. Vol. XVIII. p. 247.

inteſtina occupauit hic ardor cum moleſta
adam nauſea et alui purgatione. Grana *Tilli*
iſſime apud nos interne propinantur, quod nimis
is ſunt. De oleo *Ricini*, Anglis *Caſtor-oil* alibi
mus*). Semina *Melonis* quo antiquiora, eo prae- p. 783.
tiora ab hortulanis iudicantur. Poſt quadraginta
nos annos fata, progerminarunt. *Gummi Senegal* p. 831.
cumque in officinis ſubſtitui ſolet gummi Arabico.
Filicis radix. Eius vſus contra taeniam**) an- p. 845.
is hic vindicatur atque laudatur. Plures tae-
e ſimul et ſemel ineſſe poſſunt vni eodemque
biecto. *Muſci erecti* herbae virtus eſt purgans p. 854.
ſtica. *Lichenis Islandici* ſ. *muſci Islandici* herba p. 858.
Phthiſi, Tuſſi, Haemoptyſi commendatur. Con-
uit Noſtro et nobis haec herba ***) in his morbis
egros vidit inde pingues factos. Equi boues ſues-
e ex eius paſtu pingueſcunt. *Pulmonariae arbo-* p. 859.
herba laudatur ſimilem in modum, Noſter au-
m pericula nulla cum hac fecit.
Palmae oleum ſebaceum eſt in duritie abdo- p. 888.
is praeſtantiſſimum remedium atque conuenit
ntibus et adultis, acutis et chronicis morbis.

Rackaſira balſamum diaphanum, graue, rubro p. 889.
unneum, tenax in fila ductile, odore ſaporeque bal-
mico, amaricante, labia conglutinans, cuius *Virtus*
neraria; *Vſus* vero in gonorrhoea eſt ****).
mmi *Ammoniacum Amygdaloides* eſt glanduloſa p. 890.
, a ſubſtantia viridescente ſcrupuloſius ſegregata.
mmi *copal* in medicina non vſurpatur, ſed artifi- p. 900.
ces

*) v. comm. noſtr. Vol. XII. p. 546. Vol. XXI. p. 430. Vol. XXII. p. 76. et 84.
**) v. ſupra. p. 121.
***) v. comm. noſtr. Decad. IIdae Suppl. p. 255. et 400.
****) v. VOGEL mat. med. p. 307.

p. 905. ces inde parant vernicem praestantissimum *). *Aspa-*
lathi lignum magnam habet similitudinem cum lig-
aloes, sed desideratur in ligno aspalatho omne
p. 906. quod nobile est in ligno aloes. Lignum *Tartal-*
rubrum, est medullaris pars arboris, nec quicquam
p. 908. differt a ligno Caleaturico verum santalum. *Che-*
len radici *Virtus* est stomachica, subemetica, et *Vi-*
in colica frigida. Chinenses infundere istam fol-
in vino et cochlearia pauca haurire in colica, in-
gestione et aliis eiusmodi affectibus. Noster
quoties hōc adhibuit infusum non frustra et em-
obseruauit cum leuamine.

XI.

Praktische Bemerkungen über den Gebrauch der S-
birischen Schneerose in Gichtkrankheiten, von D-
ALEX. BERNH. KÖLPIN, *mit einem Kupfer. Ber-*
lin und Stettin, 1779. 115. 8. *Seitt.*

i. e.

Obseruationes practicae super rhododen-
chrysanthi vsu in morbis arthriticis, Auct-
ALEX. BERN. KOELPIN.

Praemissa est breuis recensio formae atque v-
plantae, quae in GMELINI *Florae Sibiricae* T-
IV. p. 121. sqq. et PALLAS *Itineris Russici* V-
III. p. 369. reperitur. In priore libro sub n-
Andromedae foliis ouatis, vtrinque venosis, c-
campanulatis, obliquis, longissimis est descript-
tab. LIV. picta. Notauit de illa GMELINVS, v-
tores aliosque homines, qui montes circa L-
transcendere cogerentur, vsos esse contra g-
dolores huius decocto, quo inebriari obdorm-
que quidem inciperent, tandem tamen sanaro-
Cri-

*) v. comm. nostr. Vol. XIV. p. 632.

reſcit in iugis, vt plurimum excelſiſſimis, mon-
nm. Tranſimus ad ea, quae PALLAS loco nomi- p. 15.
to, de planta dixit. Pars affecta inquit, ab vſu
coctli prurire incipit, multa quoque ſiti crucian-
, qui decoctum ſumſerunt, aqua frigida ad hanc
orinendam pota emeſin excitat, ebrietas, quam
oducere ſolet, cephalalgia deſtituitur, moxque
itur. Tartari infuſum dilutum loco theae bi-
nt. Cerui aliaque animalia herba lubenter ves-
ntur.

Deſcriptio Cl. PALLAS botanica, haec fere eſt. p. 18.
ulis ipſius eſt ſesquipedalis, erectus, ramoſus,
um pollicem craſſus, badius. *Folia* ramos termi-
antia, ouata, petiolata, venoſa, ſuperius ſcabra,
erius pallida, margine reflexa, rigida; *Rami* flori-
i ſquamoſi; *Squamis* fuſcis, exterioribus ouatis,
erioribus ſublinearibus; *Pedunculi* 6-10. in vm-
llam digeſti; *Flores* magni, lutei, penduli, cam-
nulati, patentes, quinquefidi, inciſuris rotundatis,
erioribus paullo maioribus, verſus tubum lineis
eruleis diſtinctis. *Filamenta* decem, inaequalia,
erius flexa; *Antherae* oblongae, pallidae; *Stylus*
formis, ſimplex, filamentis longior; *Stigma* ca-
atum, leuiter quinquefidum; *Germen* ſuperum,
inquangulum, quod in *Capſulam* abit oblongam, p. 23.
inquangulam, apice dehiſcentem; *Semina* parua,
yſca. Odor plantae eſt nullus, cortex et folia
adſtringentia, amara. Ex hac vberiori formae
ſcriptione, definitionem fecit Cl. KOELPIN hanc,
HODODENDRON chryſanthum, *foliis nitidis, ouato-*
ceolatis, venoſiſſimis, margine reflexo, floribus ſub-
bellatis.

Chemicas ſuper partibus conſtituentibus diſ-
uſitiones inſtituit nullas, cum ſufficiente ad hanc
m herbae quantitate deſtitueretur. Verum potius
us in arthritico morbo efficaciam experiri ſtuduit.

p. 24. Recenſuit ea de cauſa quindecim morborum hiſto-
rias, in quibus non ſine omni ſanitatis redeuntis ſpe
aegrotis huius remedii vſum ſuaſit. Etſi vero fate-
dum eſt, plurium aegrotorum dolores leniores ef
factos, tamen non deeſſe nobis videntur exempla, in
quibus parum vel omnino nihil contra morbum Rho-
dodendri profuerit vſus; in aliis porro arduum erit di-
cere, vtrum ab hoc, an ab aliis ſimul datis antiarthri-
cis ſanitas fuerit reſtituta, huc illi pertinent aegroti
qui extracto aconiti, decocto quaſſiae, veſicatoriis alio-
que eodem tempore ſunt tractati; tandem tempus
quod morborum ſanationem, atque libelli huius edi-
tionem intercedit, nobis iuſto breuius eſſe videtur,
vt quam de reditu morbi adeo pertinacis, qualis ar-
thritis eſt, tutus quis eſſe poſſit.

Videamus vero formam ac quantitatem, in
qua Noſter remedium exhibuit, atque ex morbo-
vnum alterumque notatu maxime dignum notemus.
Digerit nimirum Hb. *Rhododendri* drachmas duas
cum aquae fontanae vnciis nouem, in vaſe bene
obdurato per XXIV. horas ad ebullitionem vſque.
Hac digeſtione vncia fluidi vna perit, de reſiduo au-
tem quouis die matutino tempore vnciae duae ci-
citer ſumuntur. Si doſis haec augetur, non in
frequenter vomitus, ebrietas, praecordiorum anxie-
tas aliaque moleſta ſymptomata oriuntur. Neque
eadem herbae quantitate omnes egent, alii enim
his octo vnciis ſemel ſumtis, dolores amiſerunt; alii
per menſes eodem remedio ſunt vſi. Criſes, vbi
excitatae, ſunt pruritus partis affectae, ſudores, ſo-
nus, aluus laxa, atque materiei corruptae emeſis.

Aeger per tres circiter menſes hoc remedii
vſus, vid. hiſtoria 1. arthriticos inſultus quidem
p. 34. amiſit, tandem tamen hydrope periit. Alius a mor-
bo venereo per SWIETENII mixturam modo ſana-
tus, liberabatur ab arthritide inſequente, aphthis
critica

ritice ortis. Venerea, octo vnciis sumtis, somno p. 42.
dulgebat frequenter, et sanitati restituebatur, fe-
re putrida aliquando post moriebatur. Phthisica, p. 49.
ius morbus arthritidi causam debebat, huius de-
cti calefacti quotidie cochlear vnum, cum appa-
ente sanitatis redeuntis specie, sumebat, discessit
men, medicamento seposito, e vita ipsi molestissi-
a. Alius morbus ira exasperabatur. Senem 73. p. 62.
morum remedii vsus nimium debilitabat. Alius et 66.
tracto Aconiti temere tentatus, a malo suo fuisset p. 72.
beratus, si remedium diutius sumsisset. Ischiade p. 74.
eruosa affectus Rhododendri decocto temere vsus,
naesectionibus, vesicatoriis, pilulis saponaceis tan-
nque aquis Pyrmontanis prorsus restituebatur.
lius inter Rhododendri vsum arthritide vaga, diar- p. 84.
hoea, spasmis abdominalibus, sudoribusque affi-
batur, sanitati tamen per topica reliquis morbis
ppolita reddebatur. Vltima aegrota, cuius morbi p. 106.
rationem Noster adiunxit, sternutatione multa
mituque vexabatur.

Transit dein ad generaliores quasdam cautio p. 110.
recensendas, quarum praecipue sunt hae: In
ritide febre coniuncta abstineatur a Rhododen-
vsu, hic enim febrem exasperaret; vomitus et
i deiectiones sponte ortae, sedem arthritidis in
mis viis esse suadent, ipsa arthritis venerea re-
dio hoc tollitur; anginae, illacrumatio oculo-
n, pruritus nasi ac sternutatio, ab acrimonia re-
dii volatili excitantur; corporibus robustis facile
detur; senibus contra ac debilibus infestum; ani-
affectus sanationis progressum retardant; aluis-
ctiones interponendae; ischiadi neruosae non
detur; externe applicatum doloribus leuioribus
odontalgiae conuenit; dosis secundum corpo-
vires definiatur.

XII.

ALBERTI VON HALLER bibliotheca medicinae practicae. T. I. ad ann. MDXXXIII. Bernae et Basileae apud Eman. Haller et Schweighaeuſſer, 1776. 2 Alph. 20 plagg. 4.

Egregium iſtud immortalis Cl. HALLERI opus Lectoribus commendaturi, in dubitationem adducimur, vtrum lectionis vbertatem ſtupendam et [illegible] incredibilem, an vero iudicii ſubtilitatem et ſapientiam, an denique ordinis, quo omnia diſpoſita ſunt, elegantiam, primo loco commemorare debeamus. At enimuero vix opus eſſe videtur, haec omnia ſingulari ſtudio collaudare, cum nemo ſit, quin ab HALLERO nil niſi eximium ingenioque ſublimi dignum expectari poſſe ſciat. Accedit amabilis modeſtia, qua iudicium ſuum de libris ſingulis profert, aliorumque ſententias examini ſubiicit. Praefatio huic primo volumini (quod PRINGLIO dicauit Auctor) praemiſſa rationem et ordinem exponit, quem HALLERVS in adornanda iſta bibliotheca practica ſecutus eſt. Congeſſit nempe non librorum ſaltem Auctorumque pleniorum operum nomina; verum etiam ſedulo dedit operam, vt, quantum fieri poſſet, diſſertationes academicas, quaecunque ſibi innotuiſſent, imo adeo indicia morborum ſingulis [illegible] illuc per diaria librosque alios diſperſa breuiter recenſeret, ex ſingulis, tum libris tum diſſertationibus noua et bene dicta decerperet, ac denique ſuam ſententiam adiiceret. Si (quod in multis contigiſſe fatetur, nec in immenſi operis labore aliter fieri poterat) libros quosdam vel ipſe non legerat, vel prorſus nunquam viderat, in his diiudicandis [illegible]

rum auctoritate vſus eſt, ex editionibus vero ſingu-
lorum primas plerumque et legitimas indicauit.

Sectio prima, cui, vtpote a potioribus illius p. 1.
aeui medicis, *Graecorum* nomen praepoſitum eſt,
medicinae primordia temporaque fabuloſa et heroi-
ca primo loco exponit. Enumerantur deinceps me-
dicinae Aegyptiae fata, et quae de ſcholis medicis
in Graecia virisque in hoc genere ante HIPPOCRA-
TEM claris apud ſcriptores veteres paſſim leguntur.
Speramus neminem fore, qui nobis vitio vertat, ſi,
tum in horum temporum hiſtoria, tum in reliquis
operis iſtius pulcherrimi partibus recenſendis bre-
uitati ſtudeamus, cum non tam ampla rerum enar-
ratione quenquam ab ipſa libri lectione abducere,
quam potius contracto ſummorum capitum indicio
ad fructus vberiores ex pleno opere carpendos Le-
ctores inuitare animus ſit.

Ad genuina HIPPOCRATIS ſcripta Ill. Auctor p. 31.
GALENI, EROTIANI, MERCVRIALIS auctoritate,
hoque iudicio niſus, haec refert:

1) *Epidemicorum* L. I. et III. Tertio tamen ad-
ditamenta ſerioris medici adſperſa eſſe ſuſpi-
cio eſt.
2) *Prognoſticon.*
3) *Praedictorum* Librum ſecundum.
4) *Aphorismos.*

Operibus a plerisque inter Hippocraticos re-
cenſitis annumerantur:

1) *Liber de aëre aquis et locis* – etſi forte mirum
videri poſſit, quod Auctor vbique ſe Euro-
paeum dicat.
2) *De natura hominis.* Huius libri prima pars
a GALENO, vt ſpuria, reiicitur; poſterior libro
de victu in morbis acutis adiungitur.

3) *De locis in homine.* RVFVS EROTIANVS et CLERICVS Hippocraticum esse censent; contradicente MERCVRIALI, qui et

4) *Librum de humoribus* reiicit a GALENO PALLADIO et EROTIANO genuinis annumeratum.

5) *De alimentis.* Genuinus secundum GALENI et EROTIANI sententiam.

6) *De diaeta in morbis acutis.* Eius vltimam partem a discipulis adsutam esse GALENVS arbitratur.

p. 64. Reliquos libros, HIPPOCRATIS operibus alias annumerari solitos, ex plerorumque commentatorum auctoritate vel dubiae prosapiae, vel prorsus spurios esse Noster asserit. *Iusiurandum*, etiam GALENO, EROTIANO, SVIDA cet. et nuper a GRYNERO HIPPOCRATI tributum fuerit, ad supposititios libellos ablegandum esse censet, MERCVRIALIS sententiam amplexus. Neque enim, cum HIPPOCRATIS aetate chirurgia nondum a medicina discreta fuerit, verosimile est, medicorum parentem discipulos suos a calculi sectione prohibuisse, quae illa propius ad chirurgiae magistros pertinent. Reliquos huius classis libros partim Cnidiae scholae placita redolere, partim ex pugillaribus HIPPOCRATIS compilatos aut a THESSALO, DRACONE, POLYBO, HIPPOCRATE *iuniore* aliisque serioris aetatis auctoribus conscriptos esse, et veterum de illis sententia et dictionis genus ac placita ab Hippocraticis nonnullibi prorsus abhorrentia suadent.

p. 90. Tum singulis HIPPOCRATIS libris, tum omnium operum collectioni adiecit Ill. Auctor, brevem placitorum et obseruationum in illis occurrentium, Codicum Manuscriptorum, qui in Bibliothecis variis asseruantur, editionum et commentatorum indicem. Eadem ratione per totum hoc opus Auctores Graecos Latinos et Arabicos, disiunxit, ab-

quo

quae recenſuit. Deſiderantur, quas GEO. SEGERVS, CLIFTONVS et Ill. TRILLERVS promiſerant, Hippocraticorum operum editiones. Illud SEGERI iam abſolutum opus intercidit. RENAVDOTIVS Syriacas verſiones dudum periiſſe, Arabicas vero MAMVNI Aegypti Kalifae tempore exaratas, et ex his Hebraicas natas eſſe docuit. Ex eodem Auctore primas verſiones Latinas ad Arabica exemplaria conſonatas fuiſſe diſcimus.

Medici HIPPOCRATIS aetate et poſt eum celebres. ARCHIDAMVS a CLERICO citatus, non medicus fuit, ſed nomen Libri a DIOCLE conſcripti, in quo de oleoſis expoſuit. (GALEN. *ſimpl. fac. II.* p. 6. cet.) Ex philoſophis PLATO laudatur inprimis et ARISTOTELES. DIOCLIS CARYSTII libellus ad ANTIGONVM regem datus in Cod. MS. ſupereſt in Bibliotheca Auguſta Vindob. in Bauarica item, Medicea et Taurinenſi. Epiſtola de morborum praeſagiis etc. prodiit cura MIZALDI Paris. 1572. 1607. 8. p. 102.

PRAXAGORAS, eiusdemque diſcipuli, PLISTONICVS, PHILOTIMVS CHRYSIPPVS Cnidius erat. Ex his, quem poſtremo loco nominauimus, venaeſectionem aluique purgationem fere prorſus ex medicina exturbare conatus, illius loco artuum ligaturas laudauit, hanc vomitoriis compenſauit. PRAXIAE ERESII liber medicus in HERCVLANI voluminibus nuper detectus fuit. p. 111.

ERASISTRATVS nouae ſcholae medicae Cl. Auctor, in multis CHRYSIPPVM ſecutus eſt. Cum in venis ſolum ſanguinem, in arteriis autem ſpiritum contineri opinaretur, plerorumque morborum naturam et curationes ex hac ſententia depromſit. Sic inflammationem effuſo ex venis in arterias ſanguine fieri exiſtimabat. Venaeſectionem damna- p. 117.

bat, vſus de reliquo mitibus ſimplicibusque rem
diis, ſaepe etiam externis.

p. 122. HEROPHILVS, PRAXAGORAE diſcipulus, ad em
piricorum partes in morborum curatione haud p
rum propendiſſe videtur; cauſas tamen ſedulo disq
ſiuit. Pulſuum doctrinam nimis ſubtiliter exco
Commentariorum ab ipſo in HIPPOCRATIS ipſ
riſmos ſcriptorum Codex *Mſ.* ſupereſſe dicitur
Bibliotheca Ambroſiana Mediolani. Schola HERO
PHILI prius quam Eraſiſtratea defecit. Ex eade
prodierunt *Empirici*, quibus omnium primus fac
praetuliſſe fertur PHILINVS Cous. Inter antiqui
ſimos certe Empiricos vulgo habetur. Alius cele
bris huius ſcholae aſſecla fuit SERAPION Alex
drinus. Inprimis vero HERACLIDES TARENTI
NVS magnam laudem promeruit, quippe cum
eo vſque partium ſtudio teneretur, vt cunctis
ciniis prorſus neglectis ſoli vſui nimium fideret.

p. 137. NICANDER, MITHRIDATES MAGNVS, e
rundemque coaeui. Scholae medicae Alexandr
conſtitutae a PTOLEMAEO PHYSCONE, Ae
gypti rege.

p. 140. ASCLEPIADES Bithynus MITHRIDATIS
aeuus, nouam ſcholam medicam aperuit, in
propemodum medicina mechanica praecepta ſec
tus iisdemque remedia ita vt plurimum accom
dare conſuetus, vt vel ſpiſſum diſcutere, vel
humores condenſare, anguſtias idem reſerare,
mis laxa contrahere in quouis morbo maxime
boraret. Ex huius diſcipulis; THEMISON pot
mum inclaruit, methodicae ſcholae, vt put
auctor. Erat autem haec Methodicorum ſen
tia, vt cauſſarum abditarum ſcrutinio medicum
perſedere et ad communia potius morborum reſp
cere debere ſtatuerent. In omni autem morbo
adſtri

adstrictionem, vel fluxionem, vel mixtum quoddam et complexum vitii genus nocere autumabant.

Inter reliquos ASCLEPIADIS sectatores, Noster p. 150.
ANTONIVM MVSAM ponit, AVGVSTI medicum, et
CASSIVM FELICEM, TIBERII aeuo celebratum me-
dicum. Hunc tamen non esse vult, cuius quae-
stiones ad nostram aetatem peruenissent, sed nu-
periorem.

HEROPHILEI posteriores; APOLLONIVS MVS, p. 154.
a GALENO et aliis laudatus; DIOSCORIDES PHACA
cum HIPPOCRATIS illo interprete et materiae me-
dicae Auctore non confundendus. Alii.

A. CORN. CELSVM Ill. HALLERVS ad finem p. 162.
regni CAESARIS AVGVSTI refert, vtpote THEMISO-
NE aliquanto nuperiorem et a COLVMELLA passim
allegatum. Librorum IV. priorum, elenchus hic
proponitur. Reliquorum argumenta, vtpote ma-
xima ex parte Chirurgici argumenti noster in Bibl.
Chirurg. attigit.

SCRIBONIVS LARGVS CLAVDII tempore cla- p. 166.
rus empiricae scholae fuit in plurimis. Praeter
medicamentorum compositiones 271. quibus ac-
cedunt alia ipsi a GALENO tributa, pertinent quoque
ad illum epistolae duae quibus vulgo CELSI nomen
praefigitur.

Ex medicis ante ANDROMACHVM commemo- p. 167.
randus est XENOCRATES, cuius liber *de alimento*
ex aquatilibus hodie supereſt.

DIOSCORIDES ANAZARBAEVS librorum de
materia medica auctor. Num *Euporista* ipsi iure
merito tribuantur, dubium est. RVFVS EPHESIVS
perperam a SVIDA ad TRAIANI tempora refertur.
Citatur enim ab ANDROMACHO apud GALENVM.
Scripsit multa, quorum fragmenta supersunt. Vlti-
ma horum editio est 1744. 4. C. GVIL. CLINCH.

THES-

p. 176. THESSALVS ſub NERONE medicinam methodicam a THEMISONE ornatam inſtaurauit et varia commentis auxit. Huc pertinet *Metaſyncriſis* humorum praeter naturam affectorum ad ſanitatem reſtitutio longo medicamentorum vſu obtinenda.

p. 178. ANDROMACHI, NERONIS medici; pater et filius. Illi debetur theriaca ſ. antidotus ANDROMACHI. Carmine Graeco illud medicamentum deſcripſit, quod apud GALENVM et AETIVM legitur. Caeterum notandum eſt, ANDROMACHOS fuiſſe primos, qui *Archiatrorum* nomine inſignirentur; eo quidem ſenſu, vt hoc nomen praefectum medicorum denotaret, quo munere in ſingulis ciuitatibus viri praeſtantiſſimi fungebantur. Neque enim putandum eſt, Archiatrum Caeſaris medicum ſignificare, quae certe denominatio, vt et Archiatrorum Comitis primus, ſub CONSTANTINO M. primum in conſuetudinem abiit.

p. 188. *Medici* liberti et ſerui. Refutantur hic paucis BOKELMANNI et MIDDLETONI opiniones de medicorum Romanorum ſeruili conditione.

p. 190. *Sectae pneumaticae* Auctor ATHENAEVS fuiſſe vulgo dicitur. Is elementis in artem receptis ſpiritum addidit, a cuius expanſione, pulſus, a quo verſa conditione autem morbi omnes proficiſcerentur. Ex huius diſcipulis notatu digniſſimus est ARCHIGENES RODOTVS, cuius locos nonnullos GALENVS et BASIVS aſſeruarunt.

p. 192. ARETAEI aetas vix definiri poteſt, cum praeter DIOSCORIDEM, AETIVM et PAVLVM nulla eius apud veteres mentio iniiciatur. Si DIOSCORIDES Euporiſtis fides habenda eſt, ſub TITO Caeſare ARETAEVS vixit. Precario WIGGANVS exiſtimauit ARCHIGENIS nomine ARETAEI opera veteribus innotuiſſe. Diſtinguitur enim vterque apud AETIVM et PAVLVM.

Sectae epiſyntheticae Auctor in libro definitio- p. 197.
num, qui eſt inter Galenicos, AGATHINVS dicitur,
ATHENAEI diſcipulus. Eandem ſcholam ſectatus
eſt LEONIDES Alexandrinus. Caeterum, quibus
in rebus a Methodicis Epiſynthetici ſeceſſerint, vix
certo definiri poteſt. Scriptis etiam, artisque peri-
tis magnam famam conſecutus eſt ARCHIGENES,
AGATHINI auditor. Multa eius placita leguntur
apud GALENVM, qui tamen hoc in illo carpit, quod
logica medicinae immiſcuerit, medicamenta vero
sine ordine congeſſerit.

Scholam methodicam a SORANO Epheſio re- p. 205.
ſtauratam fuiſſe apud CAELIVM legimus. Vixit au-
tem SORANVS, vt videtur, Romae, ante TRAIANI
tempora. Illius placita paſſim apud GALENVM,
AETIVM, potiſſimum apud CAELIVM leguntur.
Alius eſt SORANVS, ſerioris aeui ſcriptor Latino-
barbarus, alius item *vitae* HIPPOCRATIS auctor.

CAELIVS AVRELIANVS, ſeculo circiter V. p. 207.
Sectae Veneriae natus, quod Africae oppidum eſt.
In libris ſuis, *de acutis tardisque paſſionibus*, SORA-
NVM latine reddidit, ſed aſpero ſermone, paucaque
de ſuis adiecit. Ex eodem ſcriptore Methodico-
rum praecepta omnium optime cognoſcuntur.
Diximus ſupra, eos morborum origines a ſtrictura
ſemper, laxitate, aut complexo genere repetiiſſe.
Alias tamen cauſas euidentiores ſcrutari non pror-
ſus negligebant. Ad morbos ſanandos multum
laborabantur aëre: ex medicamentis vero ſimplicia et
mitiora amabant. Plerasque curationes a duorum
triumue dierum ieiunio auſpicabantur. Hoc *dia-
triton* vocabant. In morbis chronicis *metaſyncriſin*
moliebantur, cet.

Nuperiores methodici SEXTVS EMPIRICVS, p. 213.
COMMODO coaeuus. MOSCHION, qui *de morbis*
mulie-

mulierum, *de ornatu*, *cutisque morbis* ſcripſit, Bas. 1566. 4 - et alii.

p. 216. ASCLEPIADES PHARMACION, TITI aeuo, paullo ſerius floruit. Medicamenta priorum dicorum in libros ſuos congeſſit, nonnulla ipſe excogitauit. DIOSCORIDES, HIPPOCRATIS commentator, ADRIANO imperante clarus. Alii dici et philoſophi ante GALENVM, eique coaeui.

p. 228. CLAVDIVS GALENVS PERGAMENVS. Prolixe librorum ſingulorum ſumma capita, editiones ſingulae et Codices M. adiecto vbiuis ſuo iudicio ab Ill. Auctore enumerantur. Editio latina omnium operum antiquiſſima eſt Venet. 1490. f. Graeca Venet. 1521. f. V. Voll. ap. Aldum. Editiones quas THEODORVS GOVLSTON et C. ROSMANNVS moliebantur, lucem nunquam viderunt, opere morte Auctorum intercepto. Collectiones operum quorundam minores. Commentatores GALENI.

p. 274. Q. SERENVS SAMMONICVS. Cum duo fuerint hoc nomine viri, pater, GETAE et CARACALLAE Caeſarum, filius, GORDIANI iunioris tempore clarus, diſſentiunt inter ſe eruditi, vtri ex his *carmen de medicina* debeatur. Vulgo quidem patri refertur: MORGAGNVS vero filio vindicat.

p. 275. SEXTI PLACITI libellus *de medicina animantium beſtiarum, auium.* Lipſ. 1654. 8. c. ANDR. RIVINO. Geoponici et alii Scriptores non medici. Inferiorum aetatis medici, ANTHYLLVS, PHILAGRIVS, POSSIDONIVS, et alii ab AETIO, ORIBASIO, PAVLO non raro laudati.

p. 283. ORIBASIVS, PERGAMENVS, vt vulgo creditur: IVLIANI Auguſti medicus, in cuius gratiam veterum medicorum obſeruationes et ſententias congeſſit, *Collectionum* nomine. Exigua pars operis ſupereſt, nimirum L. I. - XV. XXIV. XXV. Addidit

dit etiam ſubinde, quae ſibi viderentur, quaeque
ſe expertus erat. Pauca tantum capita Graeco,
pus totum Latino ſermone typis excuſum eſt. *Syn-*
ſ Libris IX abſoluta, ad filium ORIBASII, EV-
ATHIVM. *Euporiſtorum* L. IV. ad EVNAPIVM.
agmentum *de ratione* victus per totum annum,
orſim editum Baſil. 1528. f. cet.

Medici Sec. IV. et V. Veterinarii. p. 287.

VINDICIANVS, VALENTINIANI primi archi- p. 292.
er, methodicus. Extat eius carmen ſ. epiſtola ad
peratorem, cum minoribus medicis plerumque
itum. THEODORVS PRISCIANVS Archiater, ho-
empiricus, ſcripſit *de curatione omnium mor-*
um c. h. L. IV. qui primum Q. OCTAVII HORA-
IANI nomine lucem viderunt. Argentor. 1532. f.
ARCELLVS empiricus, THEODOSII M. ar-
iater. Librum *de medicamentis*, qui ſub eius no-
ine proſtat (Baſil. 1536. f.) ſerioris ſeculi Aucto-
en ſapere Ill. HALLERVS arbitratur. Idem cen-
de PLINII VALERIANI L. V. *de re medica*. Ne-
ne vero cum GVINZIO ad SIBVRIVM quendam re-
rendi ſunt, cum MARCELLVS modo dictus. duos
ANOS ſeorſim, et SIBVRII nomine, vt videtur,
RIBONIVM laudet. SORANI EPHESII, *iſagoge ar-*
medendi ad Maecenatem in haec tempora cadit.

AETIVS Amidenus, Alexandriae artem didi- p. 299.
t. In *Synopſi* ſua veteres ita compilauit, vt pro
is etiam inuenta eorum venditaret. Graece hoc
pus nunquam prodiit. Fruſtrauit mors Auctoris,
itionem graecam Librorum VIII. priorum AE-
II, quam Noſter quondam HEBENSTREITIVS ex
odice Mſ. publici iuris facere promiſerat. Codex
ſe nunc in Bibliotheca Senatoria Lipſienſi aſſer-
atur.

ALEXANDER TRALLIANVS *Iatroſophiſta* (h. p. 303.
ex more illorum temporum, peritus medicus)

IVSTI-

IVSTINIANI aeuo, non modo vt illi, quos prom
diximus, compilatione, ſed ſua etiam arte incl
Superſunt libri, quos de re medica ſcripſit, egre
obſeruatis plena.

p. 307. THEOPHILVS PROTOSPATHARIVS vulg
ctus, alias etiam PHILOTHEVS aut PHILAR
HERACLIO Imp. coaeuus Sec. VII. ſcripſit *de*
de pulſibus, *de excrementis*, cet. Eius diſcipulus,
PHANVS *Athenienſis* commentario illuſtrauit
NI Therapeuticen. Gr. ap. ALDVM, 1536. 8.

p. 310. VII. ſcriptores alii. PAVLVS AEGINETA,
ribus AMRV praefecti Aegypti ſcripſit, m
itinera inſtituit. In medicis plurima corrup
quioribus; in chirurgicis plura habet propria.
LADII Iatroſophiſtae *ſynopſis de febribus*
I. STEPH. BERNARDI, 1745. 8. gr. lat. *brev*
pretationes in L. VI. morb. popular. HIPPOCR.

p. 316. 1581. 4. Sec. VIII. NICEPHORVS patriarch
de curationibus morborum Pariſ. 1603. 4. Sec.
PHOTIVS, SVIDAS, alii. NONVS *de omnium*
borum particularium curatione (ſcr. imperante
STANTINO PORPHYROGENETA I. vt videtur)
gent. 1568. 8. Non raro, ſed falſo, NONI libri
THEOPHANIS aut MICHAELIS PSELLI
circumferuntur. PSELLO vulgo tributi libri
torum Auctorum ſunt. SIMEON SETH (Sec. XI.
ctor,) συνταγμα περι στοιχειων και τροφων
p. 319. Pariſ. 1658. 8. C. MART. BOGDAN. Sec.
ACTVARIVS, ZACHARIAE filius, nomen
officio. Archiatri nomine paſſim in codicibus
nitur. Conſtantinopoli artem fecit. Huius
thodus Medendi L. VI. comprehenſus. *de*
VII. *de affectionibus et actione ſpiritus*
nutritione eiusdem L. II. (Deſiderauimus hoc
Ampliſſ. FISCHERI editionem Lipſ. 1774.

pera omnia collecta prodierunt, Pariſ. 1556. 8. c. HENR. MATTHISIO.

NICEPHORVS BLEMMYDA. Carmen Gr. *de* p. 322.
; de menſuris; de iudicando ſanguine ex vena
ſos; cognitiones et curationes morborum Biblioth.
dob. Hoc poſtremum opus male ab aliis MAXI-
PLANVDAE tribui LAMBECIVS monet. MANV-
IS PHILE carmen *de animalibus*, Lipſ. 1768. 8.
OTTL. WERNSDORF. DEMETRIVS PEPAGO-
IVS Sec. XIII. aut XIV. *de podagra* ſcripſit.
Calculo librum Galenicum DEMETRIO FA-
CIVS adſcribit. Alia eiusdem ad artem falco-
am et veterinariam ſpectantia. NICOLAVS
REPSVS Alexandrinus Sec. XIII. Graecum *dis-*
ſatorium conſcripſit. Latina tantum verſio pro-
gata fuit. Ex eodem depromtum eſt NICOLAI
poſiti, Salernitani antidotarium.

Scriptores incertae aetatis. Libri pſeudepi- p. 325.
phi, AESCVLAPII, HERMETIS TRISMEGISTI,
AE Euangeliſtae cet.

Libro ſecundo Arabes ſcriptores comprehen- p. 333.
ntur. Iudaeorum nonnulla placita medica ex
lmude, medicorumque Iudaeorum medio aeuo
dicina, breuibus attinguntur. Inter Arabes MV-
AMMEDEM ipſum medicinam feciſſe Cl. REISKIVS
nſtruit ex collectaneis LEVINI WARNER (V.
ſcellaneae obſeruationes medicae ex Arabum monu-
is deſumtae L. B. 1746. 4.) Idem ex auctorita-
Codicis Mſ. Hiſpani Xatiuenſis docuit, variolas
morbillos ex Aethiopia in Arabiam cum exercitu
thiopum allatos fuiſſe anno 572. quo ipſo anno
AMMED natus eſt.

Seculo VII. exeunte, imperante Califa ABDEL- p. 336.
ALEC Ommiade, coeptum eſt Graecorum opera
rabice reddi; prima vertit Iudaeus Syrus MASER-

IAWAIH, qui et ipſe nonnulla ſcripſit, teſtantibus RHAZEO et ABVLFARAIO. Eadem aetate Calif. Abaſſidae noſodochia exſtruxerunt ſplendida, me- dicamenta in palatio ſuo parari curarunt, medi- que aluerunt liberaliter. MANSVR al MANSVR thedram medicorum inſtituit. Fathimitae, Aegy principes libros vndique collegerunt, ea copia, vt LADINI tempore 20000 volumina in Bibliothec ſeruarentur. MOSTANSER BILLAH collegium dicum et diſpenſatorium Bagdadi condidit. ABV AFAR ALMANSVR, HAROVN ALRAASCHID filius AL MAMOVN et MOTAH WAKEL Graecos ſicos auctores Arabice reddi curarunt. Gens ſchuarum medicinae peritia clara. IOHANNES MESVES (ſ. IEHIA EBN MASAWAIH) ſub Calif ROVN floruit. Eius Libros XXXIV. recenſet OSBAIA. Quae hodie nunc ſub eius nomine opera, ad ſeriorem aetatem pertinent. Commen ratur enim in iisdem RHAZES et ALCHIROVS NVS DAMASCENVS. IOH. SERAPIONIDES, practicae, (licet, quod ABVBEKER citatur, dubi mouere poſſit,) quae latinitate donata prodiit Ve 1479. 1530 cet.

p. 335. Obaditarum familia. EBN ISAAC, ALCHINDVS Iudaeus, HOBAISCH, qui Graecos Arabice vertit, alii.

p. 364. ABVBEKER MVHAMMED, ben ZACH a patria Raia RHAZES cognominatus, dadi artem fecit. Obiit anno Heg. 320, auct BELOTO. Librorum index hic deſcriptus RIO legitur. Primarium eius opus eſt *Elchaui ſ. tinens* cuius tomos XII. libros LXX. fuiſſe perhibet. Collectanea ſub RHAZIS nomine alius cuiusdam auctoris additamentis interpol eſſe videntur. In *Libro de peſtilentia* RHAZ omnium primus, et perite quidem de variolis

poſuit. Optima huius libri editio eſt, quam MEA-
RIVS, Arabico textu ad Codicis Leydenſis verba
Latine reddito, typis exprimi curauit Lond. 1747.
Arabice et Latine edidit I. CHANNING. Lond.
1766. 18. Ill. Auctor hanc recudi curauit Lauſann.
1772. 8.

Merita Arabum de arte medica haec ſunt, p. 378.
quod medicamenta chemica, noua et Hippocra-
tis mitiora propoſuerint, morbos quosdam no-
vos, et euentus rariores enarrauerint. In reliquis
Graecorum veſtigia preſſerunt, neque abſolutum
ullum et bono ordine diſtributum opus vnquam
poſteritati tradiderunt. – Seculi X. medici Arabes.
ALY f. ABBAS al MAGIOVSCHI.

(AVICENNA.) Obiit A. C. 1036, natus 58 an- p. 383.
nos. Eius vitam expoſuit ABV OBAIDA al GIVZIA-
nus eius auditor, et nonnulli alii. Praeter ea, quae
lucem viderunt opera, multa alia recenſet CASIRI in
Bibloth. Philol. Arab. Antiquiſſima *Canonis* editio
Patav. 1473. fol. vltima anni 1608. Librorum
omnium collectio Arabica prodiit Rom. 1593. f.
Commentatores Arabici AVICENNAE.

IO. F. MESVES, iunior, Chriſtianus, Iacobita. p. 393.
Alii. AVENZOAR Hiſpanus, medicus Regis ALMAN-
SOR, obiit Marocci a. Heg. 564. (Sec. XII. a. 86.)
Subtiliter, et pro temporum ratione ſatis perite
ſcripſit. AVERRHOES, medicinam ipſe non exer-
uiſſe videtur. Commentatus eſt in veteres Auctо-
res et AVICENNAM.

MOSES MAIMONIDES Iudaeus Cordubanus. p. 399.
Alii ſcriptores Hebraei et Arabes ignotae aetatis.

Sec. XIII. circa a. 1273. IBN ALI OSAIBAH *vi-* p. 404.
tas medicorum compoſuit. REISKIVS Codicis Mſ. Ley-
denſis ſumma capita adumbrauit l. c. FREINDIVS
vitam EVTYCHII Epiſcopi, medici, et fragmenta
de vita BACTISCHVAE edidit.

p. 407. ALBVCASES *compendium artis medicae* scripsit. Alii seculi XIV. XV. XVI. scriptores. Arabes recentiores, incertae aetatis et anonymi.

Plurima, quae ad medicinae fata apud Arabes pertinent, decerpta sunt ab Ill. Auctore ex Abulfaraio, cuius nomen integrum est GREGORIVS EBN HAKIM, EBN KOPH, al NASRANI. Christianus fuit et Sec. XIV. Historiam dynastiarum reliquit. Edidit POCOCKIVS cum animaduersionibus specimen *Hist. Arabicae* ABVLFARAII. Oxon. 1650. 4. versum opus postea Oxon. 1663. 4. Latine et Arabice. Multa etiam depromsit Auctor ex BIBLIOTHECA HERBELOTO et CASIRIO.

p. 422. Medicinae Chinensis breuis enarratio.

p. 424. Liber III. Arabistas complectitur.

WINTARVS CAROLI M. archiater. (v. t. rom. KOEHLER Diss. *primus artis medicae per* WINTARVS Goetting. 1752. 4.) CAROLVS medicas scholas in palatio instruxit. (KOEHLER Schola medica Parisina a. 1220. a PARA fuit. WALAFRIDVS STRABVS circa a. 842. tulum scripsit. Eadem aetate AEMILII liber pseudepigraphus *de herbis* exaratus esse memoratur enim STRABVS et Schola Salernitana COPHON de purgantibus et de arte medendi Argent. 1534.

p. 426. Ea tempestate Occidentalium gentium mae medicinae peritiam ab Arabibus rep Inprimis Toletum multi adibant, quod Sara rum Hispanorum oppidum schola medica celeb rimum erat. Conditae demum sunt scholae m cae Monspessulana et Salernitana. Hanc PRIN RICVS II. priuilegio ornauit, ne quis, nisi ab h scholae doctoribus exploratus et probatus, artem vtraque Sicilia faceret. CONSTANTINVS AFRICA NVS, GARIOPONTVS, TROTVLA.

Sec. XIII.

Sec. XIII. Magiſter ROGERIVS Parmenſis, p. 430.
Magiſter ROLANDVS, BRVNVS, THEODORICVS
Epiſcopus Ceruienſis, IO. PLATEARIVS, ALBER-
TVS MAGNVS. PETRVS DE CRESCENTIIS, GVILI-
ELMVS DE SALICETO et alii complures. PETRVS
HISPANVS Archiater, inde IOHANNES XXI. ſ. XXII.
Pontifex maximus, *theſaurum pauperum* condidit.
Prodiit h. l. Antwerp. 1497. Pariſ. 1577. 16. SIMON
DE CORDO ſcripſit, *Clauem ſanitatis*. Venet. 1514.
Primus inter barbarolatinos CELSVM nominat.

Sec. XIV. M. BERNARDI DE GORDONIO Li- p. 437.
bum medicum, ed. Frncf. 1677. 8. GERARDVS DE
CREMONA multos libros Arabicos Latinitate dona-
vit. LANFRANCI Chirurgia Venet. 1546. f. PE-
TRVS DE ABANO ſ. de APONO. Huius eſt *Conciliator differentiarum, quae inter philoſophos et medicos verſantur*. Mant. 1472. 4. Papiae 1595. f. Scripſit
circa annum 1303. ARNOLDVS BACHVONE alias
VILLANOVANVS, Catalaunus, natus anno 1300.
Opera omnia prodierunt. Venet. 1505. etc. Baſil.
1585. f.

Sec. XV. PETRVS DE LARGELATA Bono- p. 453.
nienſis. Huius Chirurgia L. VI. abſoluta exiit.
Venet. 1520. f. CHRISTOPHORVS GEORGIVS DE
HONESTIS, IACOBVS DE PARTIBVS. PETRVS DE
VBSIGNANA. BARTHOLOMAEVS DE MONTAG-
NANA profeſſor Bononienſis (Opp. ſelecta Frncf.
1604. Amſterd. 1664.) MICHAEL SAVANAROLA,
et Alii.

Articella primum prodiit Venet. 1483. f. 1500. p. 469.
Lugd. 1515. 8. ſeqq. Hoc titulo inſignitur col-
lectio aliquot opuſculorum THEOPHILI ſ. PHILA-
RETI, HIPPOCRATIS, GALENI, HALY, GENTILIS,
ZELONICENI et aliorum. In edit. 1507. 8. per HIE-
RONYMVM DE SALIIS, haec Articella recognita et
emendata eſſe dicitur.

p. 473. Liber IV. *Instauratores* medicinae sistit. Enumerantur ab initio morbi noui, qui Seculo XV. comparuerint. Sudor Anglicus a. 1483. HENRICI VII. exercitum primum inuasit, rediit saeuior 148[illegible] 1506. 1518. seqq. 1551. Petechias, a. 1501. e Insula Cypro in Italiam aduectas esse FRACASTORIVS testatur. Febris Hungarica, a. 1566. lues venerea a. 1493. altiores radices egit cum classe e[illegible] LVMBI in Europam asportata. Noster hanc pestem morbi *Yaws* Americani sobolem esse putat. Scorbutus in Germania 1482.

p. 474. ALEXANDER BENEDICTVS Professor Patauinus, scr. *de obseruatione in pestilentia*. Venet. 149[illegible] 8. Basil. 1583. 8. In *Anatomia*, quae Venet. 149[illegible] 8. Argent. 1528. 8. prodiit, venerei mali et gonorrhoeae primus mentionem iniecit.

p. 477. NICOLAVS LEONICENVS luem veneream complexus est libro: *de epidemia*, quam Itali morbum Gallicum, Galli vero Neapolitanum vocant. Venet. 1497. Ald. 4. Basil. 1536. 4. Primus etiam contra Arabes insurrexit in pluribus libellis. Opuscula edita sunt, Basil. 1532. f. Complures etiam HIPPOCRATIS et GALENI libros Latine vertit MARTINVS POLLICH Franeus, professor Lipsiensis, postmodum Doctor Theologiae et Procancellarius perpetuus Academiae Wittebergensis. Eius controversiae cum PISTORIO de lue Gallica.

p. 487. Sec. XVI. GEORGII VALLAE *vniuersa medicina ex Graecis potissimum contracta*. L. VIII. Venet. 1501. f. Ald. MAGNI HVNDT Lipsiensis *anthropologicum*, Lipsi. 1501. 4. alia eiusdem Lipsi. 1[illegible] 1529. 8. SYMPHORIANVS CAMPEGIVS LOMPIER polygraphus, non indoctus quidem, sed barbarus tamen. In Galenum et Arabes nonnulla commentatus est. In libro, quem inscripsit, *Cribratio medicamentorum*, domestica medicamenta laudat,

ciues suos Christianos ab exoticorum vsu reuocat, drastica simul veterum detestatur.

IACOBVS BERENGARIVS prof. Ticinensis in *Commentariis suis super anatomiam* MVNDINI (Bonon. 1521. 4.) et in libello *de Cranii fractura*, multa proposuit, quae medendi artem propius spectant. p. 500.

THOMAS LINACER, PETRVS BRISSOT alii. p. 510.

IANVS CORNARIVS (vernaculo cognomine HAGENBVT.) HIPPOCRATEM, GALENI libros plurimos latinitate donauit. Reliquit ipse haud pauca. Venam vocatus in ea Academia obiit. Laudauit virum Cl. BALDINGER tribus Programmatibus. Ien. 1769. 4.

IO. LEO (1527) IAC. a BETHENCOVRT *de Mercurii et ligni Guaiaci viribus salutaribus in Siphylide* scripsit, Paris. 1527. 8. IO. MANARDVS. ALEXANDR. THVRINVS. p. 514.

IO. GVINTHERVS Andernacensis professor Parisinus, Argentorati obiit, quo se religionis causa contulerat. Multa GALENI opera Latino sermone promulgauit; item PAVLVM AEGINETAM, ORIBASII *commentaria in aphorismos* HIPPOCR. (spurium opus.) RHAZEN *de pestilentia* et ALEXANDRVM TRALLIANVM. CAELII AVRELIANI L. III. de acutis passionibus primum edidit Paris. 1533. 8. Multa alia ipse publici iuris fecit. Laudauit GVINTHERVM integro libello LVDOV. ANT. PROSPER HERISSANT. Paris. 1765. 12. p. 517.

MICH. ANGELVS BLONDVS, in L. *de origine morbi Gallici et ligni Indici ancipiti proprietate.* Rom. 1542. 8. Venet. 1542. 8. luem veneream antiquum morbum esse, a Guaiaco vero vix integram valetudinem sperandam esse perhibet. Alii. HIERON. FRACASTORIVS Veronensis medicus, Archiater PAVLLI III. *Syphilis*, s. carmen de morbo Gallico p. 519.

Gallico vix ſerius, quam anno 1521, ſcriptum e
prodiit vero Veron. 1530. 4. Pariſ. 1531. etc.
tav. 1744. 4. *Carmina* collecta lucem viderunt.
tav. 1739. 4. II. voll. Opera omnia. Venet. 1555.
etc. Genev. 1671. 8. FRIDERICVS OTTO MENCKE
compoſuit *commentationem de vita, moribus, ſcr*
meritisque HIERON. FRACASTORII. Lipſ. 1731.
Statua FRACASTORIO Veronae dedicata fuit.

p. 523. LEONH. FVCHS polygraphus, Arabum e
inſignis, Tubingae medicinam docuit, Piſam c
honorificentiſſimis conditionibus vocatus, hos h
nores deprecatus eſt. Primus inter Germanos
apud exteros inclaruit. Inter multa eius
varia quoque ſunt, quae ad veterum interpre
nem faciant. Geſſit ſe etiam contentioſe adv
CORNARIVM. OTTO BRVNFELS, varii alii.

p. 531. NICOLAVS MASSA *de morbo Gallico* ſcr
Venet. 1532. ſeqq. — *Conſtitutio Criminalis C*
rolina.

p. 533. Varii ſcriptores huius ſeculi vſque ad
1533.

XIII.

WILLIAM CVLLEN *Anfangsgründe der prakti*
Arzneywiſſenſchafft. Erſter Theil, welcher
Fieber und entzündungsartigen Krankheiten
greifet. Nebſt einem Anhang, in welchem
ſyſtematiſche Eintheilung der Krankheiten
Verfaſſers befindlich iſt. Leipzig, bey C
Fritſch, 1778. 8.

i. e.

GVIL. CVLLEN Elementa praxeos medic
Pars I. Continens febres et inflammatio
cum appendice.

Placu

Placuit potiſſimum nobis, translatorem his elementis in appendice addidiſſe ſynopſin noſologiae methodicae Cl. CVLLEN partim ob commoditatem, partim ob neceſſitatem. Noſter enim in his elementis ſaepe ad eam ſynopſin reſpicit et in his ipſis elementis praxeos medicae quaedam aliter, quam in ſynopſi proponit e. l. de arthritide, rheumatismo, podagra, pectoris aliisque inflammationibus cet. quae diligenter in hac verſione ſynopſeos Germanica inſerta ſunt et notata. Praeterea autem annotationes quaedam elementis pariter ac ſynopſi ſparſim a translatore reperiuntur adiectae, quae omnem omnino merentur attentionem. Quas ob cauſas hic indicamus verſionem Germanicam. Quod attinet ad ſynopſin, ſolummodo de annotationibus videamus, cum alibi *) de hac a nobis dictum ſit, quo etiam loco de diuerſitate editionum diſputatur, et Cl. virorum SAUVAGES, LINNE, VOGEL atque MACBRIDE ſtudia huc pertinentia laudantur. Ex introductione intelligitur, praxin medicam verſari oportere in ſingulorum aegrorum morbis cognoſcendis, dignoſcendis, arcendis, praecauendis atque curandis. Notio et diſtinctio morbi poteſt optime per accuratas et completas phaenomenorum ſ. ſymptomatum, quatenus in nexu et ſequelis apparent, nec non per noſologiam methodicam, quae penitus nititur experientia, neque ratione ac hypotheſibus, ideoque a Noſtro conſcripta eſt, acquiri. Ad morbos praecauendos atque arcendos iuuat remotarum cauſarum ſcrutinium, quae partim in pathologia vniuerſali, partim hic proponuntur. Medela morbornm pendet potiſſimum et propemodum ſine vlla exceptione a cauſis eorum.

Pyrexiae deſcribuntur in febres, inflammationes, exanthemata, haemorrhagias et praeternaturales p. 6.

*) vid. comm. noſtr. Vol. XX. p. 716.

p. 20. rales excretiones (*fluxes*). Licet causa proxima febrium, hactenus alio atque alio modo excogitata, adhuc aliqua prematur obscuritate, tamen Noſtro placet, debilitatem corporis vniuersalem, quae praecedit paroxysmo febrili, causam proximam nominare, quae horrorem producit et hic est causa
p. 33. caloris seu aestus febrilis. Hac theoria febrium a Noſtro vberius explanata, quae potissimum cernitur in debilitate, spasmo et reactione corporis, aliorum opiniones de causis et ortu febris hic persequitur.

p. 39. Tum transit Noſter ad differentiam febrium
p. 49. et ad huius differentiae causas. Febres continuas a Noſtro diuiduntur in eas, quae ab inflammatorio stimulo pendeant, et eas, in quibus reactio praeter naturalem in modum sit debilis. Haec diuisio convenit atque consentit cum ea, quae febres inflammatorias et neruosas complectitur. Inflammatoriarum genus Noſter *Synochum*, neruosarum *typhum* nominat, nulla tamen veterum habita ratione, qui iisdem nominibus vsi sunt. Interea febres continuae apud Noſtrum solemnes constant ex connexione neruosae et inflammatoriae febris. Synochum inter et typhum limites sunt definitu difficiles. Species igitur, quas synocho et typho subdiuisit, ab eadem causa proficiscuntur et sunt varietates.

p. 54. Causa remota febrium est potissimum quaerenda vel in miasmate h. e. exhalationibus s. effluviis paludosis vel in contagio h. e. effluuiis humanis. Praeterea ad frigoris varios effectus, item ad animi commotiones, et ad nimias excretiones varias, corpora debilitantes, hic pariter esse respiciendum largitur Noſter et demonstrat.

In

In sectione quinta de prognosi febrium agitur et critici dies defenduntur. Tum ad medelam febrium continuarum Noster progreditur, quippe qua ad has tres potissimum respicit indicationes. Quarum prima in moderanda reactione, altera in tollenda debilitatis causa, vel in eius effectibus praeveniendis, atque tertia in arcenda putredine, si minetur, et in ea corrigenda, si iam adsit, cernuntur. Quibus diligenter pertractatis, repetit ea omnia Noster in tabula. p. 65. p. 83.

Pariter Cl. Auctor tres vniuersales indicationes tradit in medendis febribus intermittentibus. Ac primum quidem tempore apyrexiae paroxysmi reditus est impediendus: dein, durante paroxysmo, aegri ita sunt tractandi, vt sanitati prorsus restituantur: et tertio harum duarum praecedentium indicationum impedimenta sunt arcenda et removenda. p. 145.

De inflammatione seu phlegmasia. Inflammationis origo potest sequentem in modum explicari: quaedam causae, quandam inaequalitatem in distribuendo sanguine efficientes, seruiunt, vt insolita copia sanguinis vasa quaedam penetret, a qua necessario stimulus quidam proficiscatur. Huic congestioni succurrit vis medicatrix naturae, augendo magis magisque effectus horum vasorum ita, vt minima vasa spastice contrahantur, vti fieri solet febrilibus in motibus omnibus. Quae cum ita sint, spasmum in minimis vasis Noster iudicat proximam causam inflammationis. Id quod saltem valet de iis omnibus inflammationibus, quae non a quodam locali stimulo deriuari possunt. p. 150.

De diuersis modis inflammationi succurrendi. Vnus ex illis suppuratio audit, quippe qua inflammata p. 161.

mata pars abſcedit et corruptum in pus abit va-
rium. Quae varietas proficiſcitur a diuerſa indole
humorum in contextum celluloſum transgreſſo-
rum. Poteſt enim eſſe materia ſero ſanguinis
tenuior; ſeu ſerum; ſ. globuli ſanguinis; ſeu
tandem materia, quae a glandulis partis inflam-
matae repetitur. Solummodo verum ſanguinis ſe-
rum ſiſtit pus bonum, vti Noſter putat, transeat
vero ſumit lympham coagulabilem ſeri ſanguinis
quae tertiam partem conſtitutiuam ſanguinis effici.
Scirrhum Noſter ab obſtructione glandularum, ne-
ro ab inflammatione repetit. Praeterea Noſter hic
quoque refert effuſiones ſanguinis in telam cellu-
p. 180. loſam. Inflammationum diuerſitas potiſſimum a
diuerſitate laeſae partis pendet. Quapropter in-
gularum partium inflammationes in vniuerſum di-
ſtribuit in cutis, viſcerum et articulorum inflam-
mationes (*cutaneous, viſceral, or articular inflam-
mations.*)

p. 194. Cynanche tonſillaris, maligna, trachealis etc.
hic pertractantur. Cynanche trachealis a Cl. DA-
VAGES, a Cl. HOME *) ſuffocatio ſtridula appellata
et a Cl. MICHAELI **) membranoſa ſeu polypoſa
angina. Pertinent et hic Cll. MILLAR, ELLIS,
MVRRAY aliorumque obſeruationes ***). Haec
membrana ea parte laryngis eſt craſſiſſima, quae
reſpicit pharyngem, quo loco deſunt cartilagines,
vti obſeruauit translator.

p. 213. Cynanche parotidaea ab Anglis *the Mumps* et
the Branks atque Germanis *Bauerwetzel* appella-
tur. Tumoribus his eryſipelaceis et oedematoſis
diſparentibus, tumere incipiunt teſticuli in pa-
tiori

*) v. comm. noſtr. Vol. XV. p. 334.
**) v. ibid. Vol. XXIII. p. 293.
***) v. ib. p. 303. et ib. dec. IIdae Suppl. p. 695. et
ib. Vol. XXII. p. 185.

tiori *) et mammae in sequiori sexu, sed non diu. atque adeo molestе.

Inflammationes pectoris (*pneumonic inflam-* p. 215.
mation) in vniuersum hic considerat et pleuritidem simit in latiori sensu. Putat enim non facile posse recte definiri in his morbis pectoris, quis potissimum locus sit occupatus, nec adeo opus esse hac definitione; cum omnes hi morbi iisdem symptomatibus appareant.

Gastrite demortuorum cadauera inflammato- p. 248.
ria signa non prodebant. Interim non temere hic animaduertitur esse has non inflammationes veras, quae in viscеribus abdominalibus in vniuersum per sectiones cadauerum detegantur, sed obstructiones resoluti sanguinis in tela cellulosa, quid quod in venis. Est profecto haec potius venosa inflammatio **), vti nonnulli volunt, et accuratiore indiget examine, quoniam prorsus aliena est a vera inflammatione.

In enteritide febris non semper magna et pul- p. 257.
sus saepe paruus deprehenduntur, id quod etiam in aliis inflammationes abdominales cadit. Splenitis p. 265.
maxime obseruatur.

Rheumatismum, vti experientia clare docet, in p. 269.
acutum et chronicum Noster descripsit, et hanc diuisionem oportet dirigere methodum medendi. Rheumatismo, praeter inflammatoriam quandam conditionem totius corporis, superuenit quidam peculiaris praeternaturalis status fibrarum muscularium, qui origini phaenomenorum et symptomatum, huic morbo

*) v. aduers. med. pract. Vol. I. p. 556. Comm. nostr. Vol. XVII. p. 510. Porro v. ibid. p. 583. vbi pudendorum dolor et pruritus lumborumque dolor accesserant.

**) v. Aduers. med. practica v. comm. nostr. Vol. XVII. p. 495. it. Vol. XX. p. 710.

p. 282. morbo propriorum, multam ſeruit.
p. 287. dendi dirigitur ab inflammatione. Hinc
tum rheumatiſmum non raro ſequitur chronica
qui aliam medendi rationem poſcit. Inter alia
media nominat Noſter volatilia alcalia ſalia, ſudo
fera, calomel cet.

p. 289. Prorſus diſtinguit hic podagram (*Gout*),
plerumque eſt haereditaria. Largitur autem
eſſe debere haereditariam, et interdum ſuper
quibusdam, qui per haereditatem podagram
quiſiuerint *). In regulari podagra (*regular gout*)
Noſter potiſſimum reſpicit ad inflammatorium
tum articulorum. Quod ſi vero podagra ſeruit
inflammatione articulorum, eam nuncupat Cl
LEN irregularem (*irregular gout*). Huius irre
laris porro tres ſiſtit ſpecies, nimirum atonicam
imperfectam, regreſſam et errore loci peccantem

p. 308. (*atonic, retrocedent, misplaced gout*). Materiam
acrimoniam arthriticam Noſter negat, nec eam pro
ximam podagrae cauſam iudicat, ſed hunc morbum
inter morbos neruoſos refert, et ex legibus
ſyſtematis et inprimis in iis mutationibus, quae
aequilibrium variarum eius partium cadunt, hunc
morbum explicat.

p. 320. Podagra medicamentis non cedit; contra
vero corporis exercitia et victus vegetabilis
prorſus arcent et impediunt, etiam apud eos, qui
per haereditatem huic morbo ſunt obnoxii. Ita
veri Ducis Portlandiae **) non prorſus denegat
antipodagricam, quoniam eo vſi non tam facile
dagra vexabantur, quid quod per duos circiter
nos quieſcebat. Sed afficiebantur atonica pod
gra,

*) v. aduerſar. medic. pract. Vol. II. p. 5. it. comm.
noſtr. Vol. XIX. p. 103.
**) v. comm. noſtr. Vol. XIII. p. 402. it. Vol. XX. p. 57
et 457.

gia, et ſimulac pulueris vſum intermittebant, incidebant in apoplexiam, aſthma, hydropem breui letalia. Moxa applicata non plenam ſanationem praeſtitit. p. 335.

In ſynopſi, vti ab initio monuimus, nos ſolummodo ad annotationes translatoris quasdam reſpicimus. Exempli loco: Ad rubeolas variolodes pertinent rubeolae ſeu roſeolae, a nonnullis Germanice *Rötheln* dictae *). Variarum ſpecierum dyſenteriae diuiſionem optime dirigit febris. Lupiae ſunt interdum non mobiles et ſaepenumero quodammodo durae. Speciebus ſecundum diuerſam contentarum materiarum naturam varia nomina imponuntur. Sunt tumores cyſtici Auctorum. Ad Auctores hic nominatos pertinet Cl. SAGAR, cuius ſyſtema morborum hic addimus. p. 344. p. 418. p. 438. p. 523.

XIV.

IO. BAPTISTA MICH. SAGAR ſyſtema morborum ſymptomaticum ſecundum claſſes, ordines, genera et ſpecies cum characteribus, differentiis et therapeiis. Filum Ariadnaeum ad lectulos aegrorum. Impenſis Io. Paul. Kraus Bibliopolae Viennenſis 1776. 8. pagg. 756.

Vt morbus facilius definiri, ad ſuam claſſem, ordinem, genus et ſpeciem relegari illiusque therapia inueniri queat a viris, medicinam facientibus, hoc morborum ſyſtema Cl. SAGAR **) formauit. Potiſſimum deſcripſit *principaliores* morbos vel a ſe, vel ab aliis obſeruatos, vt a Cl. SAUVAGES. „Cultus, *inquit*, ſermonis nullam curam habui, quin ſtudioſe

*) v. CHRIST. GOTTL. LVDWIG inſtitutiones med. clin. §. 172.

**) v. comm. noſtr. Vol. XVIII. p. 448.

dioſe hunc neglexi, vt fiam breuis, clarus et di-
dascalicus, e contra ſaepius intuli vim Latio, prae-
ſertim in nominibus ſpecificis breuitati ſtudens.
Omnem theoriam omiſit Noſter et claſſes ſuas
XIII., quae hoc ſyſtema morborum ſymptomati-
cum ſiſtunt. En clauem claſſium:

I. *Vitia*, Symptomata externa leuidenſia, palpa-
bilia, abſque notabili cacheria, pyrexia.

II. *Plagae*, continui Solutiones, morbi proprie chi-
rurgici, perſaepe ſat graues.

III. *Cachexiae*, coloris, figurae, molis, in corpo-
ris habitu ſine notabili febre deprauatio.

IV. *Dolores*, ſenſationes moleſtae ad febres non
referendae.

V. *Fluxus*, exitus inſolitus cuiusuis ſolidi, vel flui-
di e corpore, eſt character huius claſſis.

VI. *Suppreſſiones*, meatuum impeditio, hinc excre-
tionum conſuetarum in ſanitate retentio.

VII. *Spasmi*, contractio inuita conſtans, vel intro-
polata muſculorum motum localem efficien-
tium.

VIII. *Anhelationes*, motus ſpaſmodici iterati, fati-
gantes, pectoris cum reſpiratione ſonora,
moleſta, abſque pyrexia notabili.

IX. *Debilitates*, impotentia ſentiendi, appetendi,
imaginandi, organa artuſque mouendi nec-
ad ſanitatem neceſſario.

X. *Exanthemata*, febris cum efflorescentia cutis
varia maculoſa, puſtuloſa, phyſhaenoides
et aſthenia.

XI. *Phlegmaſiae*, febris cum pulſu duro, dolore
topico, inflammatione partis externae, vel
internae, ſanguine miſſo cruſta inflammato-
ria tecto, vrina plus tincta.

XII.

XII. *Febres*, frigus, calor, pulſus frequens, reſpiratio aucta, viribus artuum imminutis, depravatis, vel viribus vitalibus, pulſu et reſpiratione vix mutatis, virium artuum ſumma proſtratio.

XIII. *Veſaniae*, error mentis in imaginatione, appetitu, iudicio, aut memoria.

His itaque claſſibus ordines ſubdiuiſi ſunt, quos omnes cum hic repetere nequeamus, exempli loco claſſis primae ſynopſin dabimus.

Vitia. Character Claſſis; Syndromes ſymptomatum cutaneorum in ſolidis leuidenſium, palpabilium ſine febre, cachexia, manifeſtis.

Ordo I. *Maculae*, mutationes coloris natiui.

I. *Leucoma*, macula opacans corneam.

II. *Vitiligo*, macula cutim deprimens corymboſa.

III. *Ephelis*, macula cutis corymboſa, fuſca.

IV. *Naeuus*, macula congenita protuberans, vel non.

V. *Ecchymoma*, macula a ſanguine ſub cute effuſo.

Ordo II. *Efflorescentiae*, tumores humorales exigui, gregales, absque pyrexia.

VI. *Pſtula*, phyma paruulum apice ſuppurans, rumpendum, ſubin in cruſtam abiens.

VII. *Papula*, phyma paruulum deſquamandum, nec ſuppurans.

VIII. *Phlyctaena*, veſicula fluido ſeroſo plena, faſtigiata.

IX. *Bacchia*, maculae faciei guttatae plus, minus prominentes, aut aſperae, ſquamulas, vel furfures, ſaepius dimittentes, diuturnae.

X. *Varus*, tuberculum durum conſtans.

XI. *Herpes*, papularum prurientium corymbus.

XII. *Epinyctis*, phlyctaenarum-atro-rubrarum congeries praecipue in tibiis noctu acriter pungentium, dolentium potissimum.

XIII. *Hemeropathos*, maculae rubrorutilae cruentae obsidentes, extra lectum illico apparentes, importune prurientes, in lecto vero euanescentes, diuturnae.

XIV. *Psydracia*, efflorescentia rosacea, rubra, erysipelatosa.

XV. *Hydroa*, exanthemata miliaria phlyctaenodea sine febre et asthenia.

Ordo III. *Phymata*, tumores humorales solitarii.

XVI. *Erythema*, phyma rubrum calens, diffusum.

XVII. *Oedema*, phyma album indolens, molle, frigidum, laxum, foueam digiti impressi ferens.

XVIII. *Emphysema*, phyma pallidum frigidum elasticum.

XIX. *Scirrhus*, phyma durum, indolens, frigidum, cuti concolor, in locis glandulosis.

XX. *Inflammatio*, est tumor sphaeroideus rubore, calore, tensione, dolore pulsatili insignis, solitarius, sat extensus, in suppurationem vergens; erysipelas contra non suppuratur, et phlegmone habet pyrexiam magnam coniunctam; saepius nihilominus inflammatio in phlegmonem transit.

XXI. *Bubo*, phyma scirrhoso-inflammatorium in glandulis plerumque inguinalibus.

XXII. *Parotis*, bubo iuxta aurem.

XXIII. *Furunculus*, phyma subdurum, inflammatorium, prominens, vorticem habens in fundo incongerendum.

XXIV. *Anthrax*, phyma apice gangraenosum, in ambitu inflammatum.

XXV. *Cancer*, phyma scirrhosum lancinans.

XXVI.

XXVI. *Paronychia*, inflammatio extremi digiti.
XXVII. *Phimoſis*, inflammatio praeputii glandem denudatam ſtringens, vel incarcerans.

Ordo IV. *Excreſcentiae*, tumores a ſolidis adauctis per nutritionem auctam morboſam.
XXVIII. *Sarcoma*, excreſcentia carnoſa.
XXIX. *Condyloma*, excreſcentia cutanea tendinea.
XXX. *Verruca*, excreſcentia cutanea globoſa.
XXXI. *Pterygium*, excreſcentia plana in oculi cantho.
XXXII. *Hordeolum*, tumor durus, vel hydatidoſus in palpebris magnitudine ſaepius granum hordei aequans, ſenſu carens.
XXXIII. *Trachelophyma*, excreſcentia gutturis.
XXXIV. *Exoſtoſis*, excreſcentia oſſis morboſa, ad eius duritiem accedens proxime, plerumque partialis.

Ordo V. *Cyſtides*, tumores capſulati, fluido referti.
XXXV. *Aneurysma*, cyſtis arterioſa ex pulſatione noſcenda et ſitu.
XXXVI. *Varix*, cyſtis venoſa; ſitus, rubedo et pruritus hanc definit.
XXXVII. *Hydatis*, cyſtis lymphaticorum vaſorum dilatatorum lympham continens.
XXXVIII. *Mariſca*, tumor ſanguine turgens in margine podicis, isque pertinax, accedit proxime ad ſarcoma.
XXXIX. *Lupia*, eſt cyſtis materiam pultis, vel mellis conſiſtentiam referentem, haud purulentam continens, frigida et plerumque indolens.
XL. *Staphyloma*, eſt cyſtis aquoſa a corneae proptoſi, dilatatione, vel ab vueae hernia in cameram oculi anteriorem prolapſae, corneam extrorſum protrudens.

XLI. *Hydarthrus*, hydrops articuli in capſa eiusdem, vel cellulis vicinis.
XLII. *Apoſtema*, cyſtis purulenta.
XLIII. *Exomphalus*, cyſtis vmbilicalis ſaepius aquoſa ad ſitum mutatum non recedens, nec reponibilis.
XLIV. *Oſcheophyma*, cyſtis in ſcroto non reponibilis.

Ordo VI. *Ectopiae*, partium ſolidarum e ſua ſede dimotio ſenſibus obuia continentibus relaxatis.
XLV. *Exophthalmia*, ectopia oculi.
XLVI. *Blepharoptoſis*, ectopia palpebrae.
XLVII. *Hypoſtaphyle*, ectopia vuulae.
XLVIII. *Paragloſſa*, ectopia linguae.
XLIX. *Proptoma*, ectopia appendicum extrarum corporis morboſa.
L. *Exania*, ectopia ſeu prolapſus ani.
LI. *Exocyſtis*, prolapſus veſicae vrinariae.
LII. *Hyſteroptoſis*, prolapſus vteri.
LIII. *Colpoptoſis*, prolapſus vaginae.
LIV. *Gaſtrocele*, hernia epigaſtrii ſeu ſcrobiculi cordis.
LV. *Omphalocele*, hernia vmbilicalis.
LVI. *Laparocele*, hernia ventralis ſeu abdominalis.
LVII. *Merocele*, hernia cruralis.
LVIII. *Bubonocele*, hernia inguinalis.
LIX. *Opodeocele*, hernia foraminis oualis.
LX. *Iſchiocele*, eſt hernia emergens per incisuram oſſis ſacri decubitu prono reponibilis.
LXI. *Colpocele*, hernia vaginalis.
LXII. *Perinaeocele*, hernia perinaei.
LXIII. *Encephalocele*, hernia ſeu ectopia cerebri per futuras oſſium cranii emergens.

LXIV. *Peritonaeorixis*, eſt hernia quaecunque ob rupturam peritonaei emergens; hoc genus eſt ſpecies rupturae inter plagas reponendum; aſt propter affinitatem cum ectopiis illud huc traxi.

LXV. *Hyſteroloxia*, vteri obliquitas.

LXVI. *Parorchidium*, ectopia teſticuli.

LXVII. *Exarthrema*, oſſium mobilium luxatio.

LXVIII. *Diaſtaſis*, oſſium immobilium receſſus.

LXIX. *Loxarthrus*, oſſium mobilium obliquitas reſpectiua citra ſpaſmum et exarthrema.

LXX. *Gibboſitas*, thoracis dilatatio prominens, huiusque cauum componentium ectopia.

LXXI. *Lordoſis*, oſſium longorum incuruatio ſine moleſtia.

Ordo VII. *Deformitates*, vitia, quae vix ſanitatem laedunt, formam deturpantia.

LXXII. *Lagoſtoma*, labium oris fiſſum.

LXXIII. *Apella*, praeputii, vel alterius appendicis mollis abbreuiatio.

LXXIV. *Polymeriſma*, eſt partium numerum ordinarium exceſſus.

LXXV. *Epidoſis*, appendicum mollium incrementum inſolitum ſanum.

LXXVI. *Anchylomeriſma*, partium concretio.

LXXVII. *Hirſuties*, pili copioſiores, longiores; vel in locis, vbi non ſolent creſcere, obuii.

Temperamenta: 1. ſanguineum, 2. lymphaticum, 3. oleoſum, 4. ſalſum, 5. cholericum, 6. atrabiliarium, 7. ſpirituoſum, 8. ſpermaticum, 9. rigidum, 10. laxum, 11. tenerum, 12. robuſtum.

Ergo deſcripſit Noſter in hoc ſyſtemate morborum ſymptomatico claſſes morborum ſat natura-

les XIII. Ordines LVIII. Genera CCCLI. Species MMD. cuique insuper speciei subiunxit therapiam, vti asserit Noster; quam potuit, breuissimam probatissimamque. Index generum morborum finit hunc librum.

Iam exempli loco de morbis quibusdam videamus.

p. 37. *Cancer vterinus.* §. C. hunc adesse augurmur ex signis praegressi scirrhi huius visceris, dolore lancinante, aucto volumine vteri, ex tactu obstetricio et effluxu humoris lymphatici, ichorosi, sanioſi, foetidi; ex hoc morbo mortua est Nobilis hic Domina assidua pietatis cultrix et orationum recitatrix praecipue in templis Dei: durante hoc morbo os et labia vuluae semper occupabant aphthae molestissimae, nullisque remediis cedentes; insuper dyspnoea, anxietates, deliquia rara quidem, appetitus prostratus, noctes insomnes, pulsus intermittens, dysuria, obstipatio, phlegmatia et febris amphimerina aegram plus quam dolores cancri affligebant. Nimia pietas suspiriis mixta, lacrimis irrorata, praesertim si fiat sine cantu, multos pro caussat morbos, vt toties iam obseruaui.

Therapeia, iniectiones ex decocto herbae cicutae et corticis peruuiani in vterum frequentes, tum vsus internus cicutae cum appropriatis causae mali sunto palmaria pharmaca huc vsque nota; aegra nimium pudica et pertaesa medicamentorum, cuius memini respuit vtrumque, ac solis palliantibus contenta praestolabatur festinam certamque mortem.

p. 214. *Arthritis scorbutica.* §. A. Aggreditur calidos comedones scorbuticos sese prodens per signa scorbuti et filamenta vrinae innatantia.

Thera-

Therapeia, virum Emeritum ſexagenario maiorem hac arthridite laborantem multum iuui ſequenti methodo: cererem pro potu ordinario bibit medicatam, quam intrant naſturtium aquaticum, raphanus ruſticanus, armoracia, enula, ſemina ſinapios, folia ſambuci, carduus benedictus, mariae, chamaedrys, chamaepytis, abſynthium, caryophyllata, fumaria, iris et ſtrobili pini; bibit ad menſam etiam vnum alterumue vitrum vini boni lymphati; commotiones facit copioſas, olera amat, pro ientaculo ſumit bonam chocoladam; omni menſe ſemel ſumit vnciam 1. ſalis carolini ſcopo purgante; bis in anno curat ſibi venam tundi, et iam binis annis caret paroxyſmo; os lauat ſibi omni mane ſpiritu naſturtii aquatici; in paroxyſmo ſibi curabat fricari ſtus pannis fumo baccarum iuniperi impraegnatis, ſumſit doſin ſalis carolini; dein mixturam ex aqua ſambuci, extracto chamaepytios, iridis, chamaedryos et gummi ammoniaco vitello ouí ſubacto, roob ſambuci et ſyrupo cochleariae, cui ſuperbibit infuſum florum ſambuci, chamaedryos et chamaepytios herbarum.

Oſtocopus dolor cancroſus. 3. O. Carcinomate mammam lancinante, vorante oſtocopum experiuntur atrocem in vno, vel pluribus artubus ab ichore cancroſo reſorpto. p. 217.

Therapeia, cicuta externe et interne danda larga manu, ſubin et ſcalpello omnia vſque ad os ſoluenda, vt in paronychia perioſtiali fieri ſolet: vide carcinoma.

Iſchias ſyphiliticum. 5. L. hiſtoria vitae actae, ſigna ſyphilidis et ſurditas mali ad remedia ſueta ſuſpicionem iniicient huius iſchiadis. p. 273.

Therapeia, ego ſemel curandum habui hoc
iſchias, et feliciter illud curaui mercurio dulci cum
conſerua foliorum bardanae intus dato, pro pot
ordinario dedi decoctum lignorum, locoque do
lenti appoſui emplaſtrum de ranis cum mercurio
et ſaepius purgaui aegrum.

p. 301. IX. *Haemorrhois* eſt ſanguifluxus ex tubercu
lis, mariſcis rubris, duris, dolorificis, finem inteſtini
recti obſidentibus, vel in recto latentibus; ſeniores
poſteriora tubercula aegri in recto ſaepius obſtipati
et digitus immiſſus inteſtino haec offendit; ſanguis
in depoſitione alui praecedit, vel ad minus cohae
tur excrementa.

Moderata 1. H. haec aegrum aptiorem
munia reddit, et liberat a grauioribus morbis
Therapeia, qui vult hunc ſordidum fluxum regula
rem conſeruare, conſeruet aluum lubricam, abſti
neat a nimia ſeſſione et hunc fluxum turbantibus
vt ſunt aloë, rheum, caffée, vina rubra, chocolata
integra, ceres ſabinata etc. ſi vero placet exſtirpare
hunc ſordidum fontem cuidam, ſecet venam ba
tem quater per annum in brachio, ſumat flores ſul
phuris quaſi quotidie cum roob ſambuci et rhei
commoueat corpus, frugali vtatur victu et fontana
bibat.

Immodica. 2. H. nimium fluxum eſſe hae
morrhoidalem cognoſcimus ex quantitate ſanguinis
fluentis, diuturnitate fluxus, debilitate, animi deli
quiis fluxum ſequentibus etc. Phlogoſis mariſca
rum facit haemorrhoides furentes, praecipue ſi
acris ſit ſanguis et cacochymicus. *Therapeia*, fo
culi herbarum adſtringentium ex vino rubro pa
dici

ici admouentur gelidi, interne datur mixtura adringens et iulapium minerale pro potu ordinario, venaque in brachio tunditur; lac ſumtum pro omni cibo et potu reſtituit ſubin haemorrhoidarios exuſtos, herba verbaſci contuſa haemorrhoidibus inturno tempore admota curat haſce, nocet maxime haemorrhoidariis aloë, colocynthis et reſinoſa purgantia.

Polypoſa. 3. H. mariſca ſ. botulus haemorrhoidarius facile a polypo hic enato diſtinguitur, cum polypus pedunculo anguſto et mariſca lata incedet; polypus quandoque in podice enatus ſanguinans exhibet haemorrhoides, quae omnia examen chirurgicum definit.

Therapeia, dum itaque polypus occaſio eſt morbus haemorrhoidalis, hic per ſubligationem tolli debet, et huius radix alumine calcinato conſumi.

Examinica. 4. H. prolapſus inteſtini recti haemorrhoidalis oritur a ruptura, vel nimia et quaſi paralytica relaxatione diaphragmatis inferioris; hinc ſaepe ambulantibus celerius, aluum deponentibus ſemper excidit inteſtinum cum maiore, vel minore aluum haemorrhoidali, quod inteſtinum, turpis labor! manibus hi miſeri toties retrudere debent; ex hoc morbo mortuus eſt Generalis Watersleben. Profecto in quacunque ſpecie haemorrhoidis diaphragma inferius plus, vel minus relaxatum eſſe videtur.

Therapeia, faſciae aptae apponuntur, adſtringentia fortiſſima cum camphora et aſſa foetida ex vino rubro applicari debent, ipſum colcothar vitrioli, alumen, lixiuium cerdonum et fulmen electricum non negligenda.

Annotatio, haemorrhois, quod nunc ſit endemicum malum in noſtris terris quisque miratur, ego non miror, ſed cauſſas aſſigno: nimirum ſordidum fluxum introduxerunt et fouent abuſus caffée, chocoladae integrae, aromatum, vini, cerevisiae nimium lupulatae, ſabinatae, abuſus reſinarum purgantium, aloës et colocynthidis.

p. 463. *Tuſſis ferina.* 10. T. eſt tuſſis ſaepius epidemica infeſtans infantes per paroxyſmos reuertentes quintas dictos, in quibus ferme ſuffocatur infans per aliquot ſecunda minuta, liueſcit facie, vomitorit, totoque corpore vehementer concutitur, expectorat pituitam albam ſpumoſam, viſcidam, quam plerumque deglutiunt debiles et macilenti.

Therapeia, rheum his do cum valerian, vel mannam in caffée, veſperi dein ſumunt gram. 1½ theriacae, infuſum hydrolapathi ſeruit pro potu ordinario tepidum; infuſum ipecacuanhae eſt in ſtar omnium ſubito curans; hirudines ſubin admoneri debent; clyſmata vtilia ſunt.

XV.

XV.

IO. NEPOM. ANTON LEVTHNERS, *weiland Sr. Churfürſtl. Durchl. in Bayern wirklichen Raths und Leibmedici, ordentlichen Aſſeſſors des Churfürſtl. Collegii Medici in München, und des Churfürſtl. Hofkrankenhauſes in Gieſing, ordinari Phyſici praktiſche Heilungsverſuche der Milzdünſte durch zerſchiedenen Gebrauch des gemeinen Waſſers. Ulm, bey Auguſt Leberecht Stettin, 1779. 8. Erſter Theil.*

EIVSDEM *praktiſche Heilungsverſuche der Mutterdünſte, durch zerſchiedenen Gebrauch des gemeinen Waſſers*, ibid. eod. *Zweyter Theil. Seitt.* 327. praeter dedicationes et contenta.

i. e.

IO. NEPOM. ANTON. LEVTHNERS medico-practica tentamina de aquae communis vario vſu in malo hypochondriaco et hyſterico. Pars I. et II.

imitatus eſt Noſter Cll. viros POMME *), PRESSAVIN **), BIENVILLE ***), TISSOT ****) cet. et ex HIPPOCRATE, CELSO aliisque veteribus communium balneorum vſum in hypochondriacis et hyſteticis malis probat. Frigidis balneis interdum praeferenda eſſe calida, ſi irritabilitas et ſenſibilitas auſta ab acredine pendeat, quae perſpiratione euocanda

*) v. comm. noſtr. Vol. XIX. p. 652.
**) v. ibid. tert. decad. Suppl. I. p. 54.
***) v. ib. Vol. XIX. p. 696.
****) v. ib. Vol. XX. p. 698. Alia ſcripta huc pertinentia vide in indicibus primae et ſecundae decadis noſtrorum commentariorum ſub verbo *balnea*.

canda ſit, item plenitudine ſanguinis et ſpiſſitudi-
rigiditateque corporis praeſentibus cet, Noſter
climatis rationem largitur.

p. 14. En Noſtri obſeruationes de balneis in
hypochondriaco. Nimia animi contentio
tinua corporis quies huius aeque ac multorum
rum malorum ſunt fontes. Malum hypo-
driacum itaque eſt duplex, vnum repe
animi nimia contentione, alterum ab obſtru
ne viſcerum abdominalium et laeſa digeſtion
riuatur.

p. 31. Exponitur exemplum de miris convul-
bus ſubinde omnes corporis fere partes
ſente animo aegri, crudeliter afficientibus.
ortae erant ex nimia animi contentione et
miſſo penitus corporis motu.

p. 39. Cum vero Noſter ſpecifica antiſpasmodica
gr. valerianam, moſchum, opium, corticem
ram, caſtoreum, aſam, mercurium, antim
non magnifaceret, aliam medendi methodum
Ac *primum* quidem ſtagnantes humores in
ac potiſſimum in liene reſolui curat, emol-
bus et reſoluentibus herbis et balneis, prim
emeticis et laxantibus purgatis; *dein* acrim
neruos titillantem, inuolui iubet et venaeſ
laxanteque medicina expelli, balneis tum
lium iterum iterumque vocatis; lacti hic
multum tribuit, atque cum aſininum rarum
ſumtuoſum ſit, vaccinum cum aqua Selterna
pauxillo ſacchari, ſeu ſerum lactis ſuadet;
domari neruos ſupra modum tenſos extracto
ſcyami proſpicit. Atque ita conuulſionibus
haemorrhoidalis fluxus promotus eſt his

*) Hanc formulam v. C. T. E. REINHARDS
von dem Maſtdarmblutfluße. Glogau, 1760. p. 36.

ſpecificis. Rec. amygd. dulc. excort. ℥ß. Pin. excort. Citr. pulp. et cort. condit. Spec. Im- rat. pro morſulis et tragea ana dr. j. Antimon. crud. cohol. dr. iij. Sacch. alb. in Aq. Cinnam. cydon. t. q. ſ. ad morſul. M. D. Atque ita penitus hic ſanitati eſt reſtitutus.

Vomitum hypochondriacum per vndecim p. 60.
ſes durantem, multis antiſpasmodicis, roboran-
calefacientibus cet. remediis fruſtra adhibitis,
ratione ſanauit, vt ſupra narrauimus. Ob- p. 78.
ctionem alui et vrinae hypochondriaco viro cae-
haemorrhoidibus vexato Noſter ſanauit. Seque- p. 107.
maniae triſtes iuuit cortice, frigidis balneis et
lactea leniter nutriente nec calefaciente cet.

Tranſimus ad ſectionem tertiam, quae conti- p. 113.
exempla de vſu frigidae aquae in epithematibus
clyſteribus, malo hypochondriaco praeſente.
icam ſpasmodicam flatulentam epithemate ex
frigida et aceto, praemiſſis euacuantibus cet. ſu-
aquae tamen omnia tribuit, acetum enim addi-
adſtantium cauſa. Mania ex ira et amore orta epi-
matibus frigidis capitis et frigidis pediluuiis le-
adhibitisque deinde remediis aliis prorſus ſa-
eſt. Haemorrhagiam narium pariter curauit. p. 127.
De ſpecifico vſu oxygalae ſ. lactis acidi in vo- p. 143.
tu hypochondriaco et hyſterico cum colica con-
cto obſeruationes hic leguntur.

Progrediamur ad partem alteram, qua eodem Pars II.
odo ſexui ſequiori pariter ſubueniri poſſe exem-
is comprobatur. Praemiſſis quibusdam de bal-
eis in hyſterico malo in vniuerſum, lipothymiam
yſtericam cum ſpasmis, ſpasmos hyſtericos ante
enſtrua, haemoptoën periodicam cum hyſterica
bre lenta, morbum ileum, colicam flatulentam
hyſteri-

hyſtericam, cet. multis interdum remedia [illegible] adhibitis, multo cum fructu methodo hac [illegible] hic narrat Noſter.

XVI.

DANIEL MAGENISE *Theorie der Entzündung [illegible] Gründen und Erfahrungen. Aus dem Engl[iſchen] überſetzt, von Dr.* FRIDRICH AVGVST [illegible] *Göttingen, bey Johann Chriſtian Dietrich* 17[illegible] 8. *Seitt.* 136. praeter praefationem Au[ctoris], Translatoris et recenſionem ex non[nullis] eruditis Gottingenſium.

Partim quoniam huius libri communicationem [illegible] noſtris commentariis non curauimus, [illegible] quoniam cum Cl. WEBER eum vtilem [illegible] hanc verſionem hic indicamus. Non [illegible] liber *) prodiit Londini ſumtibus Auctoris [illegible] dedicatione ad CLIFTON WINTRINGHAM, [illegible] Cl. WEBER in verſione de induſtria omiſit. Cl. MAGENISE loca Latina non in Anglicam [illegible] guam, Cl. WEBER autem haec quidem [illegible] didit, attamen in Germanicam translata. [illegible] no conatur Cl. Auctor ſyſtema Boerhaa[vii] de inflammatione refutare, praeterea ſuas [illegible] tentias.

Itaque vti in praefatione legimus, nullius [illegible] matis et hypotheſeos habita ratione Lectori [illegible] atque perſpicuam exhibet notionem de diuerſis [illegible] fectibus inflammationis, oſtendit eiusdem origi[nem] maxima naturae ſimplicitate, et affirmat illuſtrat[ionem] ſua aſſerta exemplis ita notis, vt quotidie in com[muni] muni vita et in praxi medica ſuccurrant, dem[um] que ad praecipuas obiectiones reſpondit. Qua[illegible]

FERRI[illegible]

*) v. comm. noſtr. Vol. XVII. p. 365.

ERNELIVS *) de diuersis inflammationis effecti-
s ex veteribus diligentissime, vti ratus est Noster,
llegit, Cl. MAGENISE vbique praemittit.

Idcirco incipit de phlegmone. p. 5.

Noster detegit in Boerhaauiana inflammatio- p. 15.
theoria tres errores: 1) quoad ordinem vaso-
m, 2) quoad humorum diuersitatem, 3) quoad cau-
rum varietatem, quae inflammationis ortui ser-
nt. Negat inprimis hic stagnationem seu ob-
ructionem in inflammatione Boerhaauiana. Nostri
ctrina de inflammatione nititur nimia irritatione,
n stimulo vasorum (erethisme), quae neque peri-
ltica est, neque oscillatoria. Est ea diuersa in va-
olis, morbillis, scabie, acutis febribus, ceterisque
rbis inflammatoriis per gradus varios erethismi.
lor, comes inflammationis oritur ex vicissim aucta
rum fluidarum partium et vasorum.

In secunda sectione agit de erysipelate. Ac p. 51.
imum quidem hic praemittit, quid FERNELIVS
veteribus de eo collegit et pariter contra BOER-
AAVIVM dicit. Erysipelas, inquit Noster, est p. 83.
inflammatoria ratio, in qua pars laesa, digitis
ressa, albescit, pressione autem cessante, pristinum
nacisitur colorem. Inest glandulis quaedam tenax
umiditas, sensibilitatem cutis sustentans eamque
mectans. Hac humiditate destitutum est ery-
pelas, eaque absente efficit differentiam inter ery-
pelas et oedema, indeque pendet maior in erysi-
elate cutis irritabilitas.

In tertia sectione Noster venit ad oedema. p. 86.
Tradita FERNELII e veteribus oedematis historia,
disputat de oedemate calido et frigido. Atra bilis

s. fex

*) De externis corporis affectibus.

ſ. fex ex ſanguinis, cui veteres oedemata tribuerunt non prorſus e medicina proſcribenda eſt ex Neſtri ſententia. Oriuntur oedemata, vti reliqua cauſa eorum cernitur in ſpiſſitudine ſeu defectu ſ in ſanguine.

p. 102. In quarta ſectione de ſignis inflammat diagnoſticis et prognoſticis exponit. Laeſae tis ratio, tumoris magnitudo, aegri conſtitu ſymptomatum vehementia dirigunt inflamm num prognoſin.

p. 105. Quinta ſectio ſpectat medelam inflamm nis in genere, cuius ſumma eo redit, vt ſtimulo forum imminuatur et aucta celeritas circuli h rum retardetur. Vtrumque efficitur venaeſect lenioribus laxantibus, attenuantibus, acidulis d ſis, mucilaginoſis et narcoticis caute adhibitis re diis. Diaeta ſit attenuans, leniens et refrige Pro potu theiformi ſuadet herbam capillorum neris, nos autem cum Cl. WEBER praeferimus res chamomillae vulgares aut ſambuci.

p. 119. Denique diſſerit de methodo inflamm medendi quae contra doctrinam Boerhaauian inflammatione dicit.

p. 131. Et tandem finem facit caput de reſolution diſcuſſione inflammationis.

XVII

XVII.

Compositiones medicamentorum pharmaceuticae generales. Disputatio inauguralis medica publicae disquisitioni submissa a IOSEPHO SONNAVERO, Vindobonensi. Viennae, d. XXV Iulii CIↃIↃCCLXXVII. *)

Ipsi nostris potissimum temporibus mutatam valde, firmisque principiis superstructam medicamentorum cum pharmaceuticorum, tum magistratium, quae vocant, componendorum rationem deprehendimus, eaque, quae veteribus Graeciae medicis inprimis solemnis erat, in eorundem mixtione implicitas nobis SYDENHAMII, BOERHAAVII, aliorumque opera velut reddita est; offenduntur tamen haud raro etiam in nouissimis libris, in quibus haec de re exponitur, formulae quaedam, quae et compositae valde sint, et destruendis ingredientium vitibus admodum aptae. Hinc tantum omnino abest, vt hunc SONNAVERI libellum vtilitate destitui putemus, vt eum pharmaceuticis quibusdam compositionibus emendandis aptissimum arbitremur; cum enim multa, quae in officinis prostant, medicamina Auctor ea recensuit ratione, vt, quid medici indicationi respondeat, et quid eidem obsit, clarum fieret atque perspectum.

Et in *aquarum* quidem *simplicium* destillatione cauendum valde est, ne empyreuma redoleat hinc etiam omnes aquae destillatae recentes, cum herbacei et empyreumatici quid, quod tamen spontaneae euanescit, immixtum habeant, ante aliquot hebdomades in vsum trahendae non sunt.

Electua-

*) vid. supra p. 243.

p. 39. *Electuaria* nonnulla inter optima medicamenta recte numerantur, quae suauia vtplurimum reddi aegrotis possint; at vero, quam alienae a medi scopo illae sint compositiones, quae aduersus ver na quondam solebant commendari, nemini est in cognitum. Hinc *theriacam*, *mithridatium*, alia huius generis electuaria a medicis etiamnum pr scribi, eó magis dolendum est, quo certius aroma quaedam calida cum exigua opii portione mixta in electuarii formam redacta omnem theriacae vi tutem absoluunt.

p. 56. *Magisteria* ex terreorum corporum, v. c. lap dum cancrorum, margaritarum etc. in variis acid solutionibus ope olei tartari per deliquium praec pitata ex officinis eiici sine vllo damno possunt quanquam enim praecipitato corpori de menstru pariter, atque de praecipitante quicquam adhaeret quod plane ablui vix vlla possit ratione, parum t men mutatae calces inde deprehenduntur. Magi vero vitanda ea quorundam in huiusmodi calcium praeparatione methodus est, qua olei tartari loco spiritus aut oleum vitrioli commendatur; nam gy psum hac ratione obtinetur, quod obesse potius quam prodesse certissimum est.

p. 79. Si leuis seminum, ex quibus *oleum* expri dum est, torrefactio praecesserit, maior olei acq ritur copia; nam mucilago oleum inuiscans hac tione destruitur. At vero haec ipsa mucilago, cum oleo coniuncta manet, eiusdem vim demu centem atque emollientem vehementer auge hinc a torrefactione, etsi ea fere in consuetudi abiit, omnino abstinendum esse patet.

p. 95. In inspissandis illis succis, quos *Roob* vocant ambustio, quae pessimum illis tribuit saporem, e tanda quam maxime est; quare conuenit, vt tripla circiter portio optimi, purissimique sacchari succo addatur,

ddatur, atque ignis applicetur violentiſſimus, ne- que interruptus, quo quippe modo absque multa aporatione debitam adipiſcitur conſiſtentiam.

Vina, quibus ante fermentationem vegetabilia p. 114. ria admixta fuerunt, medicatorum nomen vix erentur, nam priſtina medicamentorum virtus ac ratione vtplurimum perit.

Ceterum *terreae* illi *calci*, quae ex amaro ſale p. 129. pe alcalini fixi ſalis praecipitatur, *magneſiae muriae* omen, prout Auctor cenſet, non conuenit, ſed *Edinburgenſis* ea dicenda eſt, et *ſulphuris lac*, nos um reliquis magiſteriis proſcribendum non puta- us; nam floribus ſulphuris multo eſt ſubtilius, que adeo ſolui in humano corpore longe facilius oterit.

XVIII.

qua aërea Pragenſis excerpta ex diſſertatione inaugurali medica IOH. MICH. HORNSTEIN. Viennae, d. xx. Nouembr. CIↃIↃCCLXXVII *).

Quod nuper in Bohemicis potiſſimum terris, aliisque adiacentibus prouinciis inclaruit ſal, reum (*Luftſalz*) dictum, ex eoque parata aqua *Luftwaſſer*), quod mederi multis morbis dicitur, que magno vendi conſueuit pretio, Noſtrum ouit, vt chemicis tentaminibus naturam eiusdem enitius intelligere, atque, vtrum laudibus illis di- num ſit, definire ſtuderet. Apparuit autem, ream hanc aquam nihil eſſe, niſi ſalis amari Sed- zenſis in communi aqua ſolutionem, cui exigua lenitae portio admixta ſit, ita, vt lagena, in qua irciter viginti et octo vnciae inſunt, ſalis amari vn- as duas cum ſemiſſe, et drachmam gypſi con-

 tineat.

*) vid. ſupra. p. 246.

tineat. Ipſum ſal aëreum varia tentatum ratio
ne omnes amari ſalis characteres exhibuit; hinc
vtrumque praeparatum neque nouum, neque pr
priis virtutibus diues putandum eſſe apparet, qu
pe quod ſub ſalis amari nomine in omnibus ph
maceuticis officinis proſtet, atque quotidie a me
cis in vſum vocari ſoleat.

XIX.

EROTIANI, GALENI ET HERODOTI, gloſſaria
HIPPOCRATEM ex rec. H. STEPHANI, Gra
et Latine, acceſſerunt emendationes H. ST
PHANI, BARTH. EVSTACHII, ANDR. HERINGA
etc. recenſuit, varietatem lectionis ex m
nuſcriptis codd. DORVILLII et Moſquenſ
didit, ſuaſque animaduerſiones adiecit IOH
GEORG. FR. FRANZIVS, Lipſiae, ſumt. Ioh.
Iunii, MDCCLXXX. 8. mai. pagg. 222. pra
praefationem et indices.

Critica medicaque manu indigere videba
haec Gloſſaria in HIPPOCRATEM, et ob
mam frequentioremque vocum deprauation
librariis nimium ſedulis et imprudentibus
ctam, et ob rerum deſignatarum conditionem,
non niſi a medico explicari poterant rectius
accuratius. Hi autem triumuiri circa expoſitio
obſoletorum vocabulorum verſantur, eorum
ſtudium non ſolum in interpretandis medico
ſcriptis proficuum eſt, ſed etiam multum pra
criticis in veterum auctorum libris explicandis
feret. Potiſſimum vero id curauit Cl. FRANZI
vt textus, quantum fieri poſſet, correctior em
datiorque euaderet, deinde collegit lectiones v

rantes copiosas ab Cl. BERNARDO ex Mſ. DORVIL-LII, a STEPHANO ex Mſ. Pariſino, a Cl. MATTHAEI ex codice Moſquenſi congeſtas, mirumque in modum ex FOESII oeconomia, aliorumque librorum lectione auctas ſtudioſiſſime ditataſque, quae ſingulatim textui et verſioni, vt commodis Lectorum conſulatur, ſubiunctae atque minuſculis literis diſtinctae ſunt, his tandem ſunt ſuppoſitae animadverſiones laudatorum in fronte ipſius libelli virorum, quae libri ipſius vtilitatem, praeſtantiam non commendant ſolum, ſed etiam augent, eiuſque egregium vſum laudatis ex HIPPOCRATE locis ita demonſtrant, vt facile intelligatur, quantum ex his gloſſariis in medicorum libris veterum tractandis, interpretandis, riteque intelligendis proficere queant literarum Graecarum amici.

Exemplа tantum quaedam proponemus. Sic p. 130.
l. c. Δεῖνον ἀϋτίτην mirum in modum exercuit ingenia interpretum, quamplurimi *non dilutum* reddunt, prorſus ſepoſita atque omiſſa vocis δεῖνον explicatione, neque nodum Gordium ſoluere potuerunt, quum nuſquam, quantum quidem nos ſcimus, haec apud HIPPOCRATEM exſtet dictio. Felici tamen ingenio AVGVST. GADALDINVS, BARTH. EVSTACHIVS, HENR. STEPHANVS, AN. FOESIVS et ANDR. HERINGA rem aggreſſi, vocem ἀϋτίτην mutarunt in αὐτίτην duce GALENO, quod eſt pro τὸν αὐτοετίτην, hoc eſt, τὸν ἐκ τοῦ ἐνεϛῶτος ἔτευς. Δεῖνον autem corruptum eſt ex οἶνον, quod facile fieri potuit, quum Δ et O a librariis haud raro permutari ſoleat. Egregie hanc explicationem firmant EROTIANI ipſius reliqua verba, quibus aſſerit, *illud apponendum eſſe aduenis*, quippe quibus quam maxime defatigatis conducit vinum admodum, et celerrime recreat eos, vireſque perditas reſtituit. Eodem p. 184.
modo ſanatus eſt locus HIPPOCRATIS Epid. L. IV.

p. 1127. ὁ ἀπὸ τοῦ κεραμέου ἵππου κατωτε quam plurimi interpretum belle et appoſite exp caſſe hanc dictionem viſi ſunt ſibi vertendo, qui *equo fictili deciderat*, et fortaſſe machinam OVE MALZII ad equitationis vſum inuentam in hoc quaeſiuiſſent et inueniſſent loco, ſi tantum his poribus ille vixiſſet. Sed optimam medelam EROTIANVS ἵππου legens, id eſt *camini, furni,* cum conſentit*) MEVRSIVS: ſenſus itaque *a furno figuli deciderat.* GALENVS quoque em datiorem redditum eſſe hoc exemplum docet: cem enim ἐξητριασμένον explicat τὸ διὰ ἠτρίου μένον. Λεπτὸν δέ τι ὕφασμα τὸ ἤτριον, *panno tenui latum. Eſt autem tenuis quidam eſt agreſtis ſacco.*

Obſcuritatem in hac Gloſſa ex ipſo GALEN ſublatam eſſe vidimus, qui vocem ἐξητριασμ perit L. I. de morbis mulierum, vbi iam ſic edi p. 632. 22. ἐμεσάτω, καὶ ἐοφέειν ἄλευρον δοὺς ἐπιπιεῖν οἶνον εὐώδεα παλαιὸν ἐξητριασμένον. N eſt dubitatio, quin ibi legerit οἶνον εὐώδεα ἐξητριασμένον: atque ſatis commoda eſt illa lec ſolebant enim veteres vina turbida, vel etiam ros per colum traiicere, illa quo defaecarent haec vero vt mitiora fierent, ac caput minus tarent: vnde etiam *caſtrari* dicebantur vina ita colata. Quae praeterea locis ex aliis Auct declarantur, confirmanturque. Meminit quo vini colati, quod obiter notamus TVRNEBVS ſed alia prorſus ſignificatione. At haec ſuffic multa quidem emendari atque addi potuiſſe, ipſe fatetur; ſed in tanta vocum copia ac vari facilis eſt lapſus et omiſſionis culpa, in quam bet propemodum incurrit.

Succ

*) In Gloſſario Graeco barb. p. 609.

**) In L. de vino, c. 14. I. adnexo I. H. MEIBOMII Tract. de cereuiſia.

Succurrit enim nobis locus in GALENO, qui p. 444.
laborare videtur, vbi ἄτρακτον οὐ μόνον τὸν εἰς τὸ ἱερουργὸν χρήσιμον legitur: pro ἱερουργὸν autem substituendum ἐριουργὸν, quomodo Interpres legit, qui *lanificium* reddit, et ipsa vox ἄτρακτος, *colus*, ipsum, requirere hoc videtur: nam colus ad lanificia potius pertinet, quam sacrificia. Vocem autem ἱερουργὸν cum voce ἐριουργὸν *) permutari notissimum. Ceterum in ipsa praefatione, quae ad historiam literariam horum glossariorum spectant, summa fide commemorantur, atque quale vnicuique sit pretium, qualis auctoritas, argumentis declaratur confirmaturque.

Vt autem Lectoribus facilitetur horum glossariorum euolutio, adiecti sunt indices, quorum prior Auctorum ab EROTIANO, GALENO et HERODOTO laudatorum breuem et succinctam exhibet historiam, posterior vero vocum omnium; qui eo necessarior est visus, quo magis in oculos statim incurrit vnicuique EROTIANVM, GALENVM AC HERODOTVM literarum quidem ordinem, nequaquam autem syllabarum seriem obseruasse, cuiusque rei causam hanc esse dicit Editor cum HERINGA, quod EROTIANVS non alphabetica serie, sed secundum librorum ordinem suum conscripsit libellum, quem postea quidam ad alphabeti seriem in damnum Lectorum reuocauit. Alia vtilitas praeterea hunc commendat indicem, qua inueniri possunt facile, quae ab EROTIANO recensentur, simulque a GALENO et HERODOTO repetuntur, quibus facile conuenientia inter hos Glossographos potest intelligi atque perspici.

*) Hoc eleganter declarauere WESSELING, ad DIOD. SIC. Tom. I. p. 367. et TRILLERVS V. Ill. in opusc. med. Tom. I. p. 479.

XX.

Noua phyſico Medica.

Petropolitana Academia Imperialis Scientiar[um] die 12. Octobris 1779. has propoſuit q[uae]ſtiones. Ac prima quidem attinet *terras* [...] *circa axin vniformen* etc. de qua ad Lectore[m] retulimus *); altera eſt haec:

Aliter atque aliter ſentiunt Viri doctiſſ[imi] tarum cryptogamiarum LINNAEI, ſeu filic[um] muſcorum, algarum, fungorumque propagat[ione]. Alii non niſi per gemmas, plurimas harum p[lan]tarum perennare et ſeminibus plane carere [...] hibent. Alii ſemina vera in his adeſſe, et p[lan]tas matri ſimiles exinde prouenire contend[unt] qui iterum quoad ſeminum fructificationem in[ter] ſe differunt. Alii hanc per tunicam com[mu]nem vaſculoſam, ſemina cryptogamiarum ob[vo]luentem et in ſuperficie interna auram ſem[i]nem exhalantem, in filicibus et muſcis praec[i]tim, peragi: alii eandem per organa maſcul[a] illis plantarum perfectarum ſimillima, auram [ſe]minalem explodentia, in muſcis et fungis p[ra]ſertim, abſolui aſſerunt. Minime pariter de p[ri]tium temporariarum denominatione, muſcor[um] inprimis, Botanici conſentiunt. Alii ſubſtan[ti]am eandem pro polline antherarum habent, quam [...] ſemina eſſe dicunt; atque partem eandem alii [...]theram, alii ſeminum capſulam appellant. Al[ii] tandem illam muſcorum particulam, quam v[ul]calyptram nominant, pro tunica vaſculoſa ſe[mi]nante, antherarum vices ſuſtinente; alii pro [...] inerti, calicis loco inſeruiente, declarant; iidem [...]do plane analogo de volua fungorum diſſentiunt.

*) vid. ſupra. p. 171.

Ad lites has litterarias componendas Academia Viros omnium gentium doctos inuitat, ut unam litteramue harum opinionum auctis obseruationibus et repetitis experimentis tandem confirmare, vel aliam, si probabiliorem invenerint, probare, verbo: *Theoriam generationis et fructificationis plantarum cryptogamiarum* LINNAEI *dare, et obseruationibus ad varias, si non omnium, attamen plurium Linnaeanorum generum cryptogamiorum species institutis, adiunctisque omnium partium fructificationis distinctis, et iconibus illustratis descriptionibus confirmare, tandemque demonstrare debint, an modus fructificationis et propagationis omnibus classe cryptogamiarum huc vsque compresis plantis idem sit, an differat pro ordinum supra enumeratorum differentia.* Ut praeterea figurae plantarum cryptogamiarum ad examen reuocatarum vel ex libris Botanicorum laudentur, vel Auctorum cura confectae dissertationibus addantur, maximopere perspicuitatis causa optatur.

Solutiones thematis nunc propositi Academia ad d. 1. Ian. 1782. exspectat, quarum ea, quam iudicium Sociorum Academiae Petropoli habitantium (quibus nunquam palma Academiae contigit) caeteris praestantiorem et rei naturae maxime conuenientem declarabit, praemio centum nummorum aureorum Hollandicorum condecorabitur.

Dissertationes diligenter vel Russico, vel Latino, vel Germanico, vel Gallico idiomate conscribendae; non nominibus Auctoris, sed dicto distinguendae; schedula obsignata, externe dictum idem dissertationi inscriptum, interne autem auctoris nomen continente augendae; atque ante terminum designatum ad Cl. IOAN. ALB. EVLER, Academiae Imperialis Scientiarum ab epistolis, transmitten-

mittendae ſunt, quo facto ab Eodem exemplar eum numeri, ſub quo diſſertatio fuerit repoſita, ſigna catione accipiet Auctor quilibet, dummodo loca ad quem ea dirigenda ſit, indicauerit. Diudica Academia has miſſas elaborationes in primo 17 conuentu.

Vltraiectina Societas ſcientiarum et artiu quasdam vulgauit quaeſtiones, e quibus haec imp mis ad inſtituti noſtri rationem pertinere vide

Poſſuntne in vrbibus et circa eas arbores p tari, ita ut ne ſanitati incolarum officiant, ſuntne ea exhalationes ſanitati contrariae, dum aërem inficiu et quaenam arborum genera ſunt optima et peſſima?

Elaborationes vſque ad 1. Decembris 17 ſunt mittendae Hollandica, Gallica et Latina gua ſcriptae, ſolutis vectigalibus et eadem ratio quae aliis, ad Cl. VAN HAEFTEN, qui Societati epiſtolis eſt. Praemium eſt moneta triginta num rum aureorum Hollandicorum valore ſ. prout lib ei, qui accipiet, triginta numorum.

Ad Societatis Scientiarum *Harlemenſis* qu ſtiones a nobis ſupra *) indicatas addimus pra ea ad annum 1782 vnam: *Quaenam analogia fundamenta et ſigna? Quomodo philoſophus ad plorandas phyſicas et morales veritates ea vti opor*

Ex *Lipſicae* Scientiarum Societatis *Iablonow nae* quaeſtionibus ad annum 1780. traditis, hic eſt indicanda: *Num vſtilago frumenti vnius demque, aut diuerſi ſit generis; num ea a vermibus pr ducatur, ſive hi ab vſtilagine pendeant, ſive accidenta ſint. Quomodo, ſi prius verum eſt, hi vermes orian et ſi poſterius ſumitur, vnde vſtilago proueniat, et qu*

*) vid. ſupra. p. 525.

rationē inde vermes? Poteſt ne demonſtrari vermes gigni per tempeſtatem ſeu eos modo in ea euolui.

Omnes commentarios oportet niti experien-cia et periculis ſuntque vermium icones addendae, ſeu loca, vbi probae icones ſunt, laudanda. Exſpe-ctantur commentarii initio novembris 1780 Latine et diligenter ſcripti et ad Cl. CLODIVM, qui ſocie-tati eſt ab epiſtolis, mittendi.

Ceterae eorum mittendorum cautiones cum aliarum Societatum legibus conueniunt. Quae-ſtionem de theoria Neutoniana et Euleriana *de lumi-ne et colore*, quam non diu ante retulimus *), ad hunc annum repetiit Societas.

Cl. MEYER in locum b. ADELBVRNERI **) *Altorfi* ſucceſſit.

Cl. AVGVSTO GOTTLIEB RICHTERO Regis medici honores ſunt tributi *Gottingae.*

Dresda haud ita pridem ex Sereniſſimi noſtri Electoris iuſſu Fribergam Hermundurorum euoca-tus fuit CAROLVS FRIDERICVS WENZEL, Vir Eruditus, ſuoque potiſſimum *de corporum affinitati-bus* tractatu, quem nuper laudauimus ***), celebris, vt chemiae, metallurgiae, aliarumque artium prae-cepta iis, qui metallicis rebus cognoſcendis ſtudent, traderet, ſimulque GELLERTI, viri meritiſſimi, pro-pter ſenium autem, aduerſamque valetudinem la-boribus iis in locis, vbi metalla excoquuntur, ge-rendis vix amplius idonei, vicem impleret.

Cl. IO-

*) vid. ſupra. p. 343.
**) v. comm. noſtr. Vol. XXIII. p. 527.
***) vid. ſupra. p. 91.

Cl. IOANNES PETER EBERHARD Philoſophiae et Medicinae Doctor et Profeſſor, die Decembr. 1779, catarrho ſuffocatiuo, ſuperueniente febre tertiana, quinquageſimo et ſecundo aetatis anno *Halae* obiit.

Qui ante aliquot annos muneris vacationem habuit Cl. IOANNES ANDREAS DE DARELLI Reg. Coll. Medici Aſſeſſor et Noſocomii Holmienſis Medicus primarius *), e viuis eſſe deſiit.

Cl. PETRVS KALM **) Theologiae Doctor Oeconomiae Profeſſor et Ordinis Regii Waſaici membrum aetatis anno ſexageſimo et tertio die 16 nouembris 1779, *Aboae* mortuus eſt.

Cl. IOANNES BAPTISTA BVCQUET ***) natus 1747. vitam cum morte commutauit die 25 Februarii 1780. morbo lento et atroci praegreſſo.

Cl. IOANNES CHRISTOPHORVS POHL, Philoſophiae et Medicinae Doctor, Pathologiae Profeſſor Publicus Ordinarius, Facultatis Medicae Senior, Colleg. B. M. virgin. h. t. Praepoſitus, Academ. Decemvir. Coll. maior: Princip. Collega, Phyſic. Provincial, et Academ. Imper. N. C. Sodalis, a. d. 26 Auguſt. 1780. maturae ſenili diem obiit *Lipſiae*.

*) v. comm. noſtr. Vol. XV. p. 546. it. Vol. XIX. p. 4
**) v. comm. noſtr. IIdae decad. indic.
***) v. comm. noſtr. Vol. XX. p. 329.

XXI.

Continuatio indicis ſcriptorum phyſico medicorum, quae anno 1776 prodierunt.

HIPPOCRATIS COI librum de fracturis commentaria ANDREAE MAXIMINI. Rom. 4.

J. A. MEYERS *Beſchreibung des Schwefelwaſſers, zu Haſede unweit Hildesheim.* 8.

Pomona Franconica. Déſcription des arbres fruitiers les plus connus et les plus éſtimées en Europe, qui ſe cultivent maintenant au jardin de la cour de Wurzbourg cet. Pomona Franconica, *oder natürliche Abbildung und Beſchreibung der beſten und vorzüglichſten Europäiſchen Gattungen, der Obſtbäume und Früchte, welche in den hochfürſtl. Hofgarten zu Würzburg gezogen werden. Nebſt den hauptſächlichſten Anmerkungen, über deren Erziehung, Pfropfung, und Pflege, von* IOH. MAYER. I. *Theil. Nürnberg.* 4.

P. C. MEDICVS *Sammlung von Beobachtungen, aus der Arzneywiſſenſchafft. Neue Auflage. Zürch.* 8. (Primam editionem vide in comm. noſtr. decad. II. Suppl. II. p. 204.)

THOM. MEIAN diſſ. de cataracta. Monſpel. 4.

Landapothecke oder Sammlung der beſten Arzneyen für Menſchen und Thiere, nebſt einen Anhange von den Mitteln, Ertrunkene, Erfrorne, Erhenkte und Erſtickte zu retten, von C. I. MELLIN. *2te Ausgabe. Augsburg.* 8.

F. L. MELTZERS *Beſchreibung der Peſt, anno 1770. 1772. in Moskau. Moskau.* 8.

LEVIN MENDEL diſſ. de ſuffocatis. Argentorat. 4.

I. M. MENCK diſſ. inaug. de curationibus vlcerum difficilium, praeſertim in cruribus obuiorum. Gotting. 4.

IO. RVDOLPH MEYER diſſ. de ſtrangulationibus intestinorum in cauo abdominis. Argent. 4.

SALAM. THEOPH. DE MEZA opuſcula pathologica practica. Hafn. et Lipſ. 8.

ANT. MICHELIZ diſſ. de ſyſtematica ſalium diuiſione. Vienn. 8.

P. MILLERS *allgemeines Gärtnerlexicon, nach der allerneueſten Ausgabe aus dem Engliſchen überſetzt.* 4. *Theil. Nürnb.* 4.

EIVSD. *Abhandlung von der Färberröthe, worinnen ſowohl von den Bau als von der Zubereitung derſelben ausführliche Anweiſung gegeben wird. Aus dem Engliſchen. Nürnberg.* 8. *m. K.*

ACHILL. MIEG Spec. IIdum obſeruationum botanicarum, anatomicarum et phyſiologicarum. Reſp. *Melch. Mieg.* Baſil. 4.

Orationes in diuerſis Facultatis Medicae Pariſinae actibus habitae a M. PETRO ABRAMO PAION DE MONCETS. Pariſ. 8.

I. I. DE MONETA *Abhandlung, daſs die Kälte und das kalte Waſſer in Catharkrankheiten und Catarrhuſten, wahre Hülfsmittel ſind. Warſchau.* 8.

Loix du Magnetiſme, comparées aux obſeruations et aux expériences, dans les différentes parties du Globe terreſtre, pour perfectionner la theorie generale de l'Aimant, et indiquer par là des courbes magnetiques qu'on cherche à la mer ſur les cartes reduites. Par Mr. LE MONNIER. à Paris. 8.

F. S. MORAND *vermiſchte chirurgiſche Schriften. Aus dem Frantzöſiſchen. Leipzig.* 8.

MORGAGNI *von dem Sitze und Urſachen der Krankheiten etc.* (v. ann. praeced.)

I. F. MOSEDER diſſ. de dyſenteria, quam excepit aphonia. Argentor. 4.

I. L. C.

L. C. MÜMLER diſſ. de commercio animi et corporis. Helmſt. 4.

O. F. MÜLLER zoologiae prodromus (*v. comm. noſtr. Vol. XXII. p.* 302.)

MURRAY apparatus medicaminum cet. Vol. I. (*v. ibid. Vol. XXII. p.* 353.)

EIVSD. *medeciniſche Bibliothec. 2. Band.* (v. ſupra.)

EIVSD. diſſ. ſiſtens ſyllogen obſeruationum de partu laborioſo. Reſp. *Ioſ. Gerſon.* Gotting. 4.

EIVSD. progr. de phthiſi pituitoſa. ibid. 4.

EIVSD. progr. de tempore corticis Peruuiani in tuſſi conuulſiua exhibendi. ib. 4.

EIVSD. progr. de redintegratione partium cochleis limacibusque praeciſarum. ib. 4.

An eſſay on the nature and cure of the ſo called worm fever. By SAM. MVSGRAVE. Lond. 8.

EIVSD. Speculations on the qualities of the nerves. (*Prodiit verſio Germanica.* vid. ſupra p. 494.)

EIVSD. de arthritide primigenia et regulari. Opus poſthumum editum a GVILIELMO MVSGRAVE. London. 4.

IO. ERNEST. NEVBAVER deſcriptio anatomica rariſſimi peritonaei conceptaculi tenuia inteſtina a reliquis abdominis viſceribus ſecluſa tenentis. Ien. 4.

T. NEVFVILLE diſſ. ſiſtens hiſtoriam pneumoniae eiuſque ſedem. Edinb. 8.

Practical remarks on Weſtindia diſeaſes. By * NEWBERG. Lond. 8.

L. N. NICOLAI progr. de modo agendi aperientium et martialium medicamentorum. Ien. 4.

EIVSD. progr. de cauſa, cur ferrum per cuprum praecipitetur. ibid. 4.

EIVSD. progr. de cauſis cataractae externis. ib. 4.

EIVSD. progr. de affinitate corporum chemica. ibid. 4.

Eſſai

Eſſai ſur l'hiſtoire naturelle de S. Dominique. Par Mr. NICOLET. à Paris. 8.

H. NVDOV diſſ. ſiſtens animaduerſiones de contagio Lipſ. 4.

EIVSD. examen partitionis neruorum in ſenſorios atque motorios. ib. 4.

K. Lazarettet i Stockholm beſkrifvit uti et Tal inför kongl. Vetenſkaps-Academien vid Praeſ nedläggande d. 2. Nov. 1776. af. IO. LOR. HELIVS. Stockholm. 8.

D'una Szuzie particolare di ſcorbuto diſſ. di IACOPO ODOARDO. Venedig. 8.

P. S. PALLAS *Naturgeſchichte merkwürdiger Thier, 5te und 6te Sammlung.* (v. ſupra.)

PAION DE MONCETS V. MONCETS.

EIVSD. *Reiſe durch verſchiedene Provinzen durch das Ruſſiſche Reich. 3ter Theil. Petersb.* 4. (Primam et ſecundam partem vide comm. noſtr. Vol. XXI. p. 288. et 562.)

A. F. PALLAS *Chirurgie oder Abhandlung von äuſſerlichen Krankheiten: worinnen vornehmlich auch die neuern Erfindungen in dieſer Wiſſenſchafft beygetragen werden. Nebſt einen vollſtändigen Verzeichniß der chirurgiſchen Werkzeuge, wie auch einer Abbildung einiger noch nicht ſehr bekannten Inſtrumente, zum Gebrauch ſeiner Zuhörer. Zweyte viel vermehrte und verbeſſerte Ausgabe. Berlin.*

G. F. PAPE *Pyrmonter Brunnen Kranken-Geſchichte. 3. Stück. Pyrmont.* 4.

Experiences et reflexions relatives a l'analyſe du blé et des farines. Par Mr. PARMENTIER. à Paris.

Le Seul préſervatif de la petite verole, ou nouveaux faits et obſervations, qui confirment, qu'un particulier, un village, une ville, une province, une Royaume peuvent également ſe preſerver de cette

cette maladie en Europe. IIIme mémoire pour ſervir de Suite à l' hiſtoire de la petite verole. Par Mr. PAVLET. à Amſterdam et à Paris. 8.

Beyträge zu einer Geſchichte der Viehſeuche von Herrn PAVLET, *mit Zuſätzen von* G. L. RVMPELT. *Dreßden.* 8.

Philoſophical, medical and experimental eſſays. By THOMAS PERCIVAL. Lond. 8.

Supplement au traité de Mr. PETIT ſur les maladies cet. (*v. comm. noſtr. Vol. XXI. p.* 486.)

G. F. PFEMTNER diſſ. inaug. de cauſa caloris animalis. Tyrnav. 8.

Abhandlung von Anziehung und Pflanzung der Kaſtanien Bäume, beſonders der guten, eßbaren, und dem Gebrauch ihrer Früchte, abgefaßt von I. G. PIETSCH. *Halle.* 8.

Sopra la qualita degli effluvi de baco de ſete discorſo di ANTON. PIMBIOLO degli ENGHVSSANDI. Pavia. 4.

Mémoire ſur le danger des inhumations précipitées et ſur la néceſſité d' un réglement pour mettre les citoyens à l' abri du malheur d' être enterrés vivans. Par PINIAN D. M. à Niort. 8.

EMAN. IOS. DE ALMEIDA PITHECOS diſſ. de enteritide ſive inteſtinorum inflammatione. Monſpel. 4.

PLATNERS *Zuſätze zu ſeines Vaters Einleitung in die Chirurgie.* 1. *Theil. m. K. Leipzig.* 8. (v. comm. noſtr. Vol. XX. p. 707.)

PRAET. GVILIELM. PLAZ progr. de medicina polemica. Lipſ. 4.

PLVSD. progr. de erroribus medicorum invincibilibus. ib. 4.

PLVSD. progr. de iuribus medicorum. ib. 4.

PLVSD. diſſ. inaug. de atropa belladonna. Reſp. et Auctore *Petro Io. Andrea Daries.* ib. 4.

ANT. GVILIELM. PLAZ diſſ. inaug. de medicina mo-
bos faciente. Reſp. *Io. Chriſt. Neider.* ib.
Obſervations ſur les maladies epidemiques de l'a-
née 1770. Ouvrage redigé d'après le tabl-
des epidemiques d' HIPPOCRATE et dans lequ-
on indique la meilleure methode d' obſerver l-
genre des maladies. Par Mr. le PLEDRA-
CLOTVRE. à Paris. 4.

I. I. PLENCK doctrina de morbis cutaneis, qua
in ſuas claſſes, genera et ſpecies redigun-
Vienn. 8.

EIVSD. *neues Lehrgebäude von Geſchwülſten, wo-
nen dieſelben in ihre Geſchlechter und Gatt-
gebracht werden. 2te vermehrte Ausgabe. A-
dem Lateiniſchen. Dreßden.* 8. (v. comm. no-
decad. ſecund. ſuppl. I. p. 56.)

EIVSD. *chirurgiſche Pharmacie oder Lehre, von d-
zubereiteten und zuſammengeſetzten Arzney-
teln, ſo zur Heilung äußerl. Krankheiten pflegen
gewendet zu werden. Aus dem Lateiniſchen,*
I. P. G. PHLVG. *Copenhagen und Leipzig.*

EIVSD. *Lehrſätze der practiſchen Wundarzney-
zum Gebrauch ſeiner Zuhörer. 2. Theil. Wie-*

IO. CHPH. PÖHL progr. inaug. de difficili ni-
tum dentitione. Lipſ. 4.

EIVSD. progr. inaug. de fractura oſſis bre-
cum fiſſura per futuram in os temporum pe-
trante. ibid. 4.

I. I. POLLICH hiſtoria plantarum in Palat-
Electorali ſponte naſcentium incepta ſecun-
ſyſtema ſexuale digeſta Tom. I. Manhem.

P. POTTS *chirurgiſche Beobachtungen. Aus d-
Engl. Berlin.* 8. (Idem liber in Franco Gal-
cam translatus linguam per LE MOINE pro-
Pariſiis eodem anno in duodecima.)

Obſer-

Obſervations on reſpiration and the uſe of the blood. By IOSEPH. PRIESTLEY. Lond. 4.

GEORG. PROCHASKA diſſ. de vrinis. Vienn. 8.

QVARIN *Heilmethode von Entzündungen. Aus dem Lateiniſchen, von* IVSTVS ZEDIG DE MEZA. *Copenhagen und Leipzig.* 8. (v. comm. noſtr. Vol. XXI. p. 248.)

